M.S. en 4.º sin forro, con 222 hojas.

Ad mentem Dionisii exigui, assertiones theolog-chronicae. de vera die incarnationis, nativitatis baptismi, passionis et mortis D.N. Iesuchristi, nec non Aerae Vulgaris, Dionisiana Correctione Iuliana ℔. authore D. Franc. Curtio Palomero

AD MENTEM DIONISII EGSIGVI

ACCEPTIONES

CÆ

S

lianae.

premi

AD MENTEM DIONISII ECSIGVI

ASSERTIONES THEOLOG. CHRONICÆ DE VERA DIE INCARNACIONIS, NATIVITATIS

Baptismi, Passionis et Mortis
Dñi. Nostri

JESV CHRISTI.

Nec non. de Initio
Æxae Vulgaris Dionisianae, Correctionis Julianae.
Vrbis Conditae Romae. et Diocletiani.

A.

D. Francisco Curtio Palomero Regii supremi
senatus Adbocato, Alumno que
Regalis, Academie
Historiae.

222 [illegible]



Dissertatio Prima. A. sectio I.

De rectitudine nostri Cathalogi Consulum Romanor.

Ut per evidentissimas Mathematicas demonstrationes calculos rectos, regulas-que Chronologiae constantes ostendamus verum, invariabile principium Aerae Vulgaris Dionisianae, Incarnationis, juxta sententiam Autoris ejus Dionisii, anno 753. Urbis Conditae: 45. Correctionis Julianae; Aerae que Diocletiani, seu Martyrum Alexandrinorum: necesum est, ut dispensentur non nulla momenta, quibus impugnare intenditur rectitudo Cathalogi nostri antecedentis, Consulum, at que Imperatorum Romanorum, elaborati ab Cand. Legisperito Antonio Contio, in finem Codicis Justiniani.

Initium sumimus, á comparatione nostri, cum aliis elaboratis á variis Autoribus, signanter quo á Cl. Floretio Tom. 4 Hisp. sacr. Et cum ibi, Cand. Autor sit opinionis, quod Ae. V. D. iniit á consulatu C. Caesaris; et Aemilii Pauli, qui juxta omnes est 754 U. C. 46 Correctionis Julianae, ibi que signet primum Ae. V. annum: et nos cum Dionisio, et Ecclesia, habeamus primum verae Ae. V. D. Consulatu Cornelii Lentuli, et Calpurnii Pisonis, 753 U. C. 45 Juliani, inde est, quod per totum Cathalogum Consulum, differentia inter se sit com- putus utriusque, anno uno, quoad Aerae Vulgaris computo; licet conveniamus quoad annos U. C., et Julianae Correctionis: nam omnes habemus, Consulatum Lentuli et Pisonis 753 U. C. 45 Julianis; Consulatum-que

Caesaris, et Pauli 754 U.C. 46 Juliano; at nos probabiliter pugnamus hunc esse secundum Aerae Vulg.ae, Contrarii primum.

Sic procedimus per totum Cathalogum, uniformes, quoad annos U.C., et discordes quoad Aeram Vulgarem, usque ad Consulatum Taciti, et Aemiliani, annum que 277, quem nos dicimus esse sic, Contrarii 276 Christi, et uterque 1029 U.C. At vero hoc loco intercalant Consulatum Probi, et Paulini, quem nos juxta Contium non apponimus, ignorabat, accrescit eis Ae.U.C. ad annum 1030, et Ae.V. ad annum 277. et in sequenti nostro Consulatu Aurel. Probi A. II et Furii Lupi, omnes dicimus conformiter, eum esse 278 Ae.V.; at cum discordantia Ae.U.C. quam nos signamus 1030, Contrarii autem 1031. et sic de caeteris Consulatibus.

Nobis videtur, hanc novitatem ortam fuisse, i constante opinione, quod Diocletianus renuntiatus fuit Imperator anno 284 Ae.V., Consulatu Carini Aug. II, Aurelii Numeriani A. II: cum autem juxta verum ordinem, Consulum, nostrum, ita etiam et contrarii non potuissent numerare, hoc consulatu, plus quam 283 suae Aerae, accrescerunt illum Consulatum Probi, et Paulini, quem nos non habemus, ut Carini A: II Numeriani A. II esse potuerit 284 Ae.V.

Alliqua momenta ducunt nos, ut ita sentiamus. Primum: Quod Antonius Contius cum elaboravit suum Cathalogum, oculorum visu.

subdidi

elaboratum ab Holoandro, et cum in eo vidisset illum, anno 277, quo accepit Imperium Probus, Consulatum hujus et Paulini noluit supputare, forsitam, vel quia jam annus ille plenus erat, consulatu Taciti, et Aemiliani, vel quia, si consul fuit ob mortem Taciti, fuit suffectus, et omisit eum, ut alii ejusdem naturae omittuntur.

Secundum: Quod Dionisius Gotofredus, Celebra Codicis Justinianei, qui cum glosa illustravit eum; apposuit pluribus Legibus, annum, et Consulatum, quo conditae fuerunt. Ibi que vidimus Leg. Cos qui. Cod. de his qui veniam aetatis. datam sub Consulat. Aurel. A. II, et Capitolini anno 275, anno, qui sequenti Consules fuerunt Aurel. A. III et Nummius Marcellinus et Leg. Sepe rescriptum. Cod. ut nemini liceat sine Autore Judice &c. sub Consulatu Aurel. Probi A. II et Furii Lupi, anno 278. Christi inter hos autem annos, solum potuit habere Probus dignitatem consularem, anno intermedio 277, Consul Tacitus, fuit, sequitur, quod primus Consulatus Probi, et Paulini, fuit suffectus, vel anno 276, quo vita excessit Aurelianus, 4 Calend. Februar. spiravitque Imperium, et Consulatus: vel in 277 quo vita functus fuit Tacitus, juxta Consinum 17 die Maii.

Quia vero Consulatus Probi fuit suffectus, juxta Chronologicum Album, non notatur in Cathalog. nisi simul cum iis, qui primi creati fuerunt

erunt

ut annorum ordo chronologicus non indebite accresca-
xis hec in ipso Cathalogo Consulum Cl. Florentii de
servatur. Nam 2d um anno 42 videmus Consulatum
Claudii A. II: Ad. 46: Valerii Asiatici II: Ad 118 Ha-
driani A. II: Ad 121 Anii Veri II: Ad 125 Cornelii
Asiatici II: Ad 129 Iubentii Celsi II, Ad 139 Antoni-
ni Pii II. et alios. Qui dic Consul II, supponit pri-
mum, et per totum Cathalogum ejus non invenitur pri-
mus Consulatus eorum, quia forsitam suffecti fue-
runt. Ex hoc credimus, non debuisse colocari Consul.
Probi, et Paulini, anno 277. Ai; at cum urgebat
necessitas, ut Consulatus Carini A. II, et Numeria
ni A. II posuisset 280. anni anno 284, addiderunt
illum et keis, numerus annorum accrevit.

Tertium: Iura, idem, Chronotaxis, illius tem-
poris, Imperatorum suadet. Nam Aurelianus
occisus fuit 1 Kalend. Februar. anni 276. succesit
ei Tacitus, regnavit que septem mensis et 20 dies. Hic
Florianus per menses 2, et 20 dies. Continens aut in-
ter regnatum Taciti, et Aureliani, intercesisse sep
tem menses Interregni, et 29 dies; sic obitus Taciti
signandus venit 17 die Maji, anni 277, spira-
vit que Imperium, et Consulatum, et post mor
tem Floriani, quae, sub hac hipotesi, accidit 6. die
Augusti, ejusdem anni, imperavit Probus, et,
forte adeptus fuit Consulat. Suffect. in remanen-
tibus annis.

Si inspicimus autoritatem Holsandii, qui
inter

interregnum non notat, Tacitus regnavit anno illo 276 usque ad diem 17 septemb. qua obiit succesit Florianus, per 2 menses 20 d. ista que functus fuit 7 decembr. Sic anno 277 potuit habere Consulatum Probus: At in hac sententia Consulat. Probi et Paulini (deleto illo Taciti et Aemiliani) addiscisci potuit locum illorum: hoc est in nostro Sisthemate ann. 277: in Contrario 276; Ai; sic per necesse, Consulatus Carini A. II Numeriani A. II esset nobis 284 Ai. V., Contrariis 283.

Hoc est Quartum: Nam si á regulari aequale numeratione, supputaremus annos, et Consulatus, ita appareret: quia in Consulatu Caesaris et Pauli dicunt Adversarii unum Christi, nos duo cum Ai. U. C. utrisque comun. 754: sequenti Consulatu Vinicii, et Vari, illi duo; nos tres; sic que procedimus usque ad annum 277 nostrum, Consulatum Taciti, quem illi numerant 276. et utrique 1029 U. C. Quis dicat quod pari passu ambulantes, decursus, quo in annis Christi, et Consulatibus combinamus, et in Ai Urb. Cond. discordemus? Absque fraude, aut errore, accidere non potuit.

Aira et Cathalogus noster exactissimi sunt. pro probatione, reproducimus Argumentum III factum Assertione I et solutiones ejus. quibus evincitur, juxta Cenorinum, Consulatum Pii et Pontiani esse 239 Ai. V. ut est in nostro Cathalogo

et non 238 ut Adversariu, cum errore supputane:
vide ibi Rectitudo ejus, evincitur etiam ex notis
Gotofredi ad leges Cod. Justiniani, quarum datae et
Consulatus, mirifice consonant, annis, et Consulatib.
á nobis in nostro Cathalogo signatis, tam ante,
quam post eum Carini, et Numeriani, qui petra,
ut ita dicam, scandali est, ob Diocletiani Epocham,
et initium ejus, ut suo loco videbis.

Quintum: Quia si nos praetexiissemus unum tantum Consulatum, praetextione hac, necesse erat, ut variaretur totus Ordo Consulum, et esset Disonantia, in Epochis totius historiae; at non invenimus nisi summam armoniam, et concentum in toto Cathalogo, cum annis, et Consulatibus, qui apparebunt, in toto opere, et Assertionibus ejus.

Sextum; invictissimum Oritur ex Cathal. Romanor. Pontif., quem A. Bertrucci producit suo Brebiar. Chronol: Ubi Rmd. Pater adducit omnes Romanos Pontifices, á primo Ae.V. anno, tempora durationis Dignitatis eorum: annumerat diem obitus, et consulatum hujus emortualis anni. At cum juxta sisthema Ae.V. ejus, quam iniit anno 754 U.C. consulat. Caes. et Pauli, sit secundus nostri Computi, illius quae primus, Quolibet Consulatu, usque ad annum 277 nostrae Ae., quo adducimus illum Taciti, et Aemiliani,

discordes sumus. Bertius ait annos esse 276, eo quod non plus supputet, ab inclusivo primo sui Computi, Caesaris, et Pauli, ad inclusivum Taciti et Aemiliani.

Haec veritas evincitur, exquo utraque dicimus in Consulatu Taciti, esse annum 1029 U.C. si ab eis detrahis 276, quos Bertius supputat, remanent 753 praecedentes Annum ejus: si detrahis 277; remanent 752 U.C. praecedentes A. V. nostram: Hoc supposito, in dicto Cathalogo ait:

XXVII S. Felix. 1. etc. obiit 8 Calend. Jun. anno 276. Coss. Taciti, et Aemiliani.

XXVIII S. Euthichianus habuit sedem 8 annis, obiit 7. Decembris, anno 283. Consulatu Cari A. II. et Carini.

Nota: quod Consulatus Cari, et Carini est legitimus 283 nostrae A. V., à Gotofredo in Cod. Justiniani, citatus, sub hoc Consulatu, et anno, editio legum sola. Cod. de testibus et si contra Cod. de rescript. Arbitr. ¿Quomodo, ergo, cum nos habeamus unum Consulatum excessu, poterit esse Consulatus Cari, et Carini 283 computi contrarii ut in nostro, cum esse debuisset 282?

Per totum Cathalogum usque ad Tacitum, eadem erat utriusque A. U. C. jam in Consulatu Cari discordamus. nos habemus 1035. U.C. Adversarij 1036. ¿Quomodo hoc accidere potuit? Ita. Vel nos omisimus unum Consulatum legitimum, vel Contrarii interpolarunt unum illegitimum, quo

aliquarunt computum vulgarem nostrum, et discor
darunt, [redacted] Æra, qua concordabamus.

Quintum non fuit, quia si praeterissemus Consu
latum unum, non esset nobis 283 Consulatus Carini
et Cari, praecisse antecedens illum Carini, et Nume
riani, quo renuntiatus fuit Imperator Diocletianus
Cuius Epocha, juxta omnes est certissima: Ergo
fuit secundum.

Item; a consulatu nostro legitimo Taciti anno
277 exclusivo, ad consulatum Cari et Carini, sunt an
ni 6., a Consulatu dicto 276 Taciti, ad illum Cari et
Carini sunt septem anni: quoniam in 6. annis sup
putaverunt adversarii 7. quando sol non acquisivit plus
unius quam alterius. In Consulatu Taciti omnes
dicebamus 1029., quomodo post 6 annos dicimus
nos 1035, contrarii 1036, quando viderunt hunc
annum [redacted] quem sol non salutavit. Hunc
annum non conversabaverunt cum sole, sed cum
calamo.

Item. S. Felix Pontif. obiit 30 die Maji, con
sulatu Taciti, successit ei Euthichianus, obiit 7. De
cembris, Consulatu Cari, et Carini, regnavit que
8 annis. A Consulatu Taciti, ad Consulatum Cari,
sunt tantum 6 anni, et ab obitu unius, ad obitum
alterius, sunt sex anni, et dimidium, absque interregn.
quomodo ergo regnavit in sede Apostolica 8 annis,
nisi intercalato anno uno, quem sol non salutavit.

Septimum: Juxta Bertinus Lib XXIX. de Theolog.
disciplin.

" disciplin. Dissert. 1. Cap. 11 pag 230 ait. Panvinius
" statuens etiam Christi Nativitatem in anno Ju
" liano 44, in aptandis fastis primorum seculorum
" Historias integro anno aberravit, donec anno Chri
" sti 217 (est error Typis, esse debet 277) praetermisso
" Consulatu Probi et Paulini, quem censuit suffectum
" in eiam reddit, ut observant Norisius et Pagius.
" Offoris autem lapides ac nummi, quem ille videre non
" potuit, sicut illius errorem evocat istarum com
" mendat proprietatem.

Aliqua, circa rectitudinem Cathalogi nostri, ex hac autoritate, nobis eveniunt momenta. Primo quod peccatum contrariorum, in aptandis fastis consularibus, imputatur Panvinio, et per consequens nobis, qui Æ. V. inimus Consulatu Lentuli, et Pisonis, 753 U.C. 45 Juliano, ut Dionisius, cuyus Æra est, et Ecclesia, per tot exactissimas demonstrationes ostensum, ut in hoc opere observabis, cum tractemus de emmendatione adversariorum.

Nulli dubium erit, quod si Æ. V. initianda venit, à dicto Consulatu, qui ineunt eam, in illo Caesaris, et Pauli 754 U.C. 46 Juliano, per totum Cathalogum Consulum, usque ad annum 277 integrum annum et Consulatum aberrent: cum dicant eum esse primum, neque secundum Æ. V., et Consulatu Taciti, non 277, contrarii autem 276.

Secundo: Quod si Panvinius ab errore supposito, ~~in eiam reddit~~, per omissionem Consulatus Probi

et Paulini, quia Suffectum reputavit eum; nos qui eum deposuimus ut suffectum, non solum redimus in viam rectitudinis, sed continuamus ut in venimus eam ab origine.

Tertio: Quia si a via erroris rediri est, omittere Consulatum Probi et Paulini ut Suffectum, qui eum supputant in Consularibus fastis, [illegible] in viam erroris incidet. Hoc est quod adversarii faciunt, qui absque illo intruso, illegitimo Consulatu, pervenire non possunt ad Consulatum Carini A.II. Numeriani A.II, cum 284 annis Ae.V. proinde quo, illo omisso hic consulatus esset illis. 283 Ae.V.

Digni sunt Pagius, et Norisius laude, ex quo a lapidibus effossis, et nummis, invenerunt constantem Epocham Diocletiani, anno 284 Ae.V. attamen ita sunt, ex quo annum primum Ae. qui stabiliunt intendant, in ipso 284 Ae.V. quo adeptus fuit Imperium 15 Calend. Octobr. cum sit 285, ut suo loco demonstrabimus: nec ex quo initium Ae.V. sumunt a Consulatu Caesaris et Pauli anno 754 U.C. [illegible] liano, quia hic est evidentissimus error, contra sensum Exigui. In hac parte, laus, et honor vigilantiae, et exactitudinis, erit Onufrii Panvinii doctissimi fastorum conditoris, qui hanc veritatem absque nummis, confossisque lapidibus, illustravit et adstruxit.

[illegible]

Assertio II

De errore Cathalogi Consulum eorum
qui Æram Vulgarem exordiuntur
anno Urb. Cond. 754.

Nihil magis interest, ad enucleandum verum exordium Aerae Vulgaris Dionisianae, anno 753 Urbis conditae, desumptum, in quo primum Dominicae Incarnationis Dionisius, et Ecclesia supputaverunt annum, quam demonstrare conspicuè, omnes Chronologos Modernos, qui eam exordiuntur à Calendis Januariis anni 754 U. Cond., Consulatu Caj. Caesaris, et Aemilii Pauli, evidentissimo errore et equivocatione laborare. Et quod aequali equivocatione, et errore, conficiunt cathalogos Consulum Romanorum, cum indebita intercalatione, Probi et Paulini Consulatus, qui ut suffectus, non debet constituere numerum, inter reliquos, nisi cum incremento unius anni, qui totum verum ordinem annorum Chronologiae evertit. Jam aliquid in praecedenti Assertione insinuavimus, dum exactum, rectumque Cathalogum Consulum nostrum ostendere curavimus.

Nune demonstrationes desumimus ex elaboratis ab eruditis Modernis.

In editis á Clar. Pat. Henr. Flor. tam Fastorum Idatianor. quam á se confectis, juxta propriam sententiam, in fine Tom. 4. annum 284 Christi, Consulatum que Carini A. II, Aurelii Numeriani A. II (quem asserunt esse primum Diocletianæ Æræ) signatum invenimus cum Æra Urb. Con. 1037.. A. Bertius in suo Breviario Chronolog. Par. 1. Cap. 12 cum Norisio, Pagio, et Petavio, ait, annum primum Æræ Diocletiani esse idem 284 Vulg. Æræ, cum anno Urbis conditae 1037; ex cujus uniformi doctrina, statuimus regulam constantem, quod ad annum primum Diocletiani Æræ praecesserunt anni Urbis Conditae 1036, cum dicant 1037 esse primum.

Hoc supposito, per varias mathematicas demonstrationes, et exemplaria ab eis citata, et juxta doctrinas ab ipsis allegatas, ad hominem, convincendi sunt de equivocatione, et errore, tam in Cathalogo Consulum, quam in exordio appelatae Æræ Vulgaris eorum.

Prima exigenda est, á loco edito á Buzio Augustiniano, juxta sententiam R. Par. Bertii in Duextation. de Theolog. Disciplin. Lib. 23. dicet 1. Cap. 2. de exordio Aerae Vulg. Prob. III. ubi ait:
„Idem evincitur ex Epistol. Ambrosii ad Episcopos
„Aem. in qua, annum Vulgarem trecentesimum
„septuagesimum tertium, quo decima quarta Lu-
„na incidit in diem nonam ante Calend. April.
„vocat annum Diocletiani Octoginta novem: At
„qui detractis annis 89, ab anno Christi 373, rema
„nent 284: Ergo hoc anno incipit Aera Diocletiani.

Hic annus 373. Aerae Vulgaris, recte nimi-rum est Consulatus Valentiniani A. IV. et Valentis etiam A. IV., tam in nostro Cathalogo, quam in adversis: Etiam que, hic annus havuit 14 Lunaz in diem 9 ante Calendas April. utpote havuit Aureum num. 13. in 5. Idus Mart: á quo comnumerato, decimam quartam diem Lunae incidit in 9. ante Calend. April., seu 24 die Martii

Nunc si scire volumus quotus sit annus Christi 373, in Aera Urbis Cond. addendi sunt ante 1036, Diocletianus 89 ejus Aerae, et

1036
89
1125

conficiunt 1125 ann. Urb. Cond., in 373 Aerae Vulgaris, et 89 Aerae Diocletiani. Nota sequentes demonstrationes á recto calculo eductas. Prima: quod si á 373 annis Christi, Vulgaris computi, detrahis 89 Diocletiani, remanent exclusi, et ante eum, 284.: perperam ergo evadere conantur, annum primum Diocletiani esse 284 Vulgaris computi, cum sit praecedens. Annus vero primus Diocletiani est 285 Christi, juxta exemplar ab eis traditum.

373	
89 rest.	
284	

Secunda: quod si ab anno Urbis Cond. 1125, qui est 373 Vulgaris computi, hos detrahis, remanent 752 Urb. Conditae, ante Vulgarem computum, exquo evincitur: primum hujus, esse 753 U.C., 45 Correctionis Julianae, immeritoque propugnatur ab Adversariis, quod exordium Vulgaris Aerae, juxta Dionisium, desumitur á Calendis Januariis, anni 754 Urb. Cond. 46 Juliani, Consulatu Caesaris et Pauli, cum juxta Dionisium, inchoetur á 753 Urb. Cond., Consulatu Cornelii Lentuli, et Calpurnii Pisonis.

1125	
373 re.	
752	

Tertia: Quod si detrahis ab anno 1125 U.C., annos 752 ejus, ante Aeram Vulgarem, confirmatur, ab hoc excluso, ad 1125

1125	
752	
373	
U.C.	

U.C. ipsi 373 Vulgaris computo cõnumerant, in annis 89 Diocletiani; quod non ita evenit juxta male exorsam Aeram Vulgarem contrariam, in 754 Urb. Cond. quia si á 1125 ejus, detrahis 753 ejusdem, qui ante suum computum Vulgarem enumerant, remanent tantum 372 anni Christi, sui computi, et Aerae.

1125
753
372

Non ergo illi, in anno 373 Vulgaris Aerae, consulatu Valentiniani A.IV., Valentis A.IV, conumerare possunt, plus quam 372 sui computi: et licet realiter et vere, ille annus, et Consulatus, juxta rectum nostrum computum Vulgarem, habeat 14 Lunam in diem 9. ante Calend. April. ut ait Ambrosius; juxta computum suum, ut annus praecisus 372, habet Aureum num. 12 qui signat 14 Lunam, pridie Nonas Aprilis. errore enim exordiorum computi Modernorum, in 754 Ur. Cond. veritas chronologiae confunditur, et quod rectum est, [illegible] apparet. ut in sequentibus videbimus.

Sed mihi instabunt: se, etiam, in anno, et Consulatu Argumenti, supputare eosdem annos Christi 373, cum anno Urb. Cond. 1126. quia ita depingi

this in eorum Cathalogis; alii quasi á 1126 Urb. Cond. 753 Indicis computi eorum, detrahuntur, remanent ipsi 373 Christi, in relato Consulatu, ex quo, tota instantia demonstrationis diluitur.

1126
753
373

Sed interrogamus; quomodo Æra Urbis Cond. 1125. ad 1126 accrescit? Annus, pervos ante Æram Diocletiani, est 1036.: anni Diocletiani connumerati ab Ambrosio, sunt 89. si eos iungis. nec sunt, nec esse possunt plus quam 1125; Ubi erat hic annus, quem vel minutissimus conditor eorum, non constituit, nec connumerat? Certe hic annus conditus fuit á Calamo, non a Sole. Veritas nitida, apparet in nostro calculo marginali: Na non supponimus, annum ante Diocletiani Æram esse 1036: nec annum 89 Diocletiani, nec reperimus, annum ante Æram Vulgarem esse 753 Urb. Conditae: omnia sunt sententiae Adversariorum: Calculus vitium non habet. Ergo annus auctus in Æra Urb. Conditae 1126. fraudulentus est, á sole unquam constitutus sed á Calamo exaratus, et intrusus in cathalogis ut hanc veritatem enodare contendimus.

1036
89
1125

Buzius. loco jam citato, in solutione ad textum, sait: Panvinius etiam statuens Christi Nativitatem anno Juliano 44. in aptandis fastis, primorum soeculorum historias, integro semper anno aberravit, donec anno Christi 277, praetermisso Consulatu Probi, et Paulini, quem censuit suffectum, in viam rediit, ut observat Norisius, et Pagius. Effossi autem lapides ac numi, quos illi videre non potuere, sicut illorum errorem excusant, ita istorum commendat praecipitatiam.

Totum opus, labor, et conatus Pagii, et Norisii. fuit in lucem edere, quod Diocletianus renuntiatus fuit Imperator anno 284, Christi, Consulatu Carini Aug. II et Numeriani Aug. II. 15 Calend. Octob. seu 17 die Septembris: ibique, cum maxima equivocatione, statuere, conati sunt, [redacted] annum primum Aerae hujus Imperatoris. cum enim in Videssent Honufrium, [redacted] computum Aerae communis exordium sumere [redacted] anno Ur. Cond. 753., Juliano 45, sibi suam [redacted] eum non recte collocare, illum Consulatum, in 284 Christi, [redacted] insequenti, collocari debuisse asserere: hac de causa ... praefatorum [redacted], quod in aptandis fastis primorum soeculorum, integro semper anno historias aberravit: vel quia non exors. fuit [redacted] computus [redacted] anno 754 U.C. juxta sententiam eorum.


Cum tamen praetermissione Consulatus Probi et Pau-
lini, utpote suffectus, viderunt eum recte adventasse
ad annum 284 Christi, cum Consulatu Carini et
Numeriani. [illegible] Æ.II. dixerunt hac praetermis-
sione inviam rediisse.

Attollomixime exactus in aptandis fastis con-
sulatibus, ut doctissimus fastorum conditor, tam
ante consulatum Probi et Paulini quam postea,
in viam recti ambulavit, iniens computum Æ-
rae communis, anno 753 Urb. Cond., consulatu Len-
tuli et Pisonis, in quo, Exiguus primum vulga-
ri Circuli Incarnationis annum enumeravit.
et justa ratione, praetermisit exarationem Con-
sulatus Probi et Paulini quia suffectus. Non re-
cedit a via recta, quam semel assumpserat.

Vere dignum admirationis est, quod cen-
seant in Honufrio cumer[illegible], unus vero illi sunt ru-
quia ex calculo exemplaris Ambrosii, luculenter
ostenditur, eos pervenire non potuisse ad annum
284 Vulgaris Computi, cum Consulatu Carini et
Numeriani: quia ab exordio Aerae, coeptae in 754
U.C. usque ad Consulatum Taciti, inter-
gra-

gr... anno... historias aberrarunt, et in mediam viam, non integram, redierunt, non praetextione consulatus Probi, et Paulini, ut suffectus, sed è contra colocatione, et intercalatione indebita eius: sic auctus numerus consulum, et annorum, praevenire potuerunt, ut Honufrius, ad annum 284, cum Consulatu Carini, et Numeriani A.C.A. II

Diximus quod redierunt in mediam, non integram viam, cum intruso Consulatu Probi et Paulini, quia post intrusionem, verbo tantum, non re, nobis conveniunt, in recta assignatione anni, cuiuslibet Consulatus: non re, quia ab exordio eorum sui computi, usque in praesens annus semper verum annum in qualibet Epocha defficit eis. ut in sequentibus demostrationibus patebit.



Ab exordio eorum, in 754 U.C. omnes uniformiter connumerabamus annos Conditae Urbis: in Consulatu Cesaris, et Pauli, omnes enumerabamus 754: in Consulatu Duorum Geminorum 782: In Consulatu Ulpii et Pontiani 991 et in Consulatu Taciti et Aemiliani 1029. solum discrepabamus in annis Vulgaris Computi, quia illi

supputaxunt primum, ubi nos secundum viz in Consulatu Taciti et Amiliani nos enumerabamus 277. illi 276, vulgaris computi. Hinc, factum fuit á Calamo stupendum myraculum, in cum intercalatione exarata, indebiti Consulatus Probi et Paulini, accresceret eis annus unus, tam in Vulgari computo, quam in Æra Urbis Condi te: taliter ut aequarentnos in annis Ærae Communis, in qua discordes eramus [illegible], et excederent in Æra Urb. Cond, inqua uniformes commensuravimus usque illuc.

Sic cum intercalatione unius anni, et consulatus, non constituti - á sole, in dimensione Orbitae ejus, sed, á calamo: aquo faciliter agitur, pervenire potuerunt, cum 284 ad Consulatum Carini et Numeriani, et aequarunt nos in annis Æræ communis; at induxerunt novum errorem in connumeratione annorum Æræ Urbis conditae, taliter

Consules Rom.	Æra Urb Cond Contr.	Æra Com: Contraria	Æra Urb. C. Nostra	Æra Com. Nostra
Tacitus Amilian	1029	276	1029	277
Probus Paulinus	1030	277		
Prob. A II Lupus	1031	278	1030	278
Prob. A III Paternus	1032	279	1031	279
Mesala Gratus	1033	280	1032	280
Prob. A IV Tyberian.	1034	281	1033	281
Prob. A V Victorin	1035	282	1034	282
Carus Carinus	1036	283	1035	283
Carinus Numeria	1037	284	1036	284

quod in qualibet epocha error, manifestum id faciet.

Hec est demonstratio: Annus Urb. C., in 89. Diocletiani, justa eorum [illegible] principia, seu Doctrinam, est 1125: detractis ab eis 89 Diocletiani, remanent 1036 Aer. Urb. Conditae; si ab eis detrahis 752, qui praecesserunt Aeram Comunem nostram, remanent ejus, 284 ante Diocletianum. Totum hoc exactum reperitur in nostro Cathalogo, et Aera Communi.

1125
89
1036.
752
284

Si a 1036 ante Diocletianum, detrahis 753 ante Vestrum computum Vulgarem, remanent 283 ejus: Hic annus, [illegible], est consulatus Carini, et Numeriani, quia vere est 1036 Urb. Cond. dejecto consulatu Probi, et Paulini.

1036
753
283

Allio modo: ante Diocletianum enumeratis 283 ann. Christi, et additis 89 Ambrosii, fiunt 372 Vestri Computi; ergo impossibile est, ut supputetis (positis) 373, in anno 89 Diocletiani, quia perversos, qui eum praecesserunt sunt tantum 283; ergo quid quid sit de intrusio Consulatu Probi et Paulini, juxta Vestram sententiam, nec anni Aerae Com

283
89
372

munis in Vestro computo, et 89 Diocletiani, esse possunt plus minusve quam 372, nec Aera Urbis Conditae, plus minusve quam 1125: annus erroris, et deffectus in exordio computi Vestri, in quocumque calculo, apparebit. Quia si iterum jungis annos [redacted] 753, ante Vestrum Computum Vulgarem, 283 hujus, ante Diocletianum, et 89 hujus, ab Ambrosio enumeratos, in 373 computi Vulgaris, apparet in summa eorum, annus Urbis Conditae 1125.; Ubi in terrogo connumeratis illum unum, quo conficitur summa 1126? in annis ante Aeram Vestram non est: in 283 ante Diocletianum, nec nominetur: in 89 Diocletiani minime. Ubi ergo est. in errore totius Vestrae Doctrinae.

753
283
89
1125

At quia accidere poterit, ut dificultatem diluere intendant, dicentes, Ambrosium non recte citasse annum, licet ornatus adveniat testibus, ut Aureus num. est, 14 que Luna, 9. Calend. April allia exemplaria exornabimus. Sit primumquod Joannes Stoflerinus in tractatu de Reformatione Calendarii Niceni, et Hieronimus Chaves in sua

Chrono

chronographia notant. Scilicet quod annus 325 Concilij Nicaeni, et quadragesimus primus Aerae Diocletiani, exquisita fuit a Patribus conjunctio media Luminarium, sub meridiano Alexandrino, inventa quae, in sexta die Mensis Tybi, quae est dies Calendarum Januarii, nostri anni Juliani, ibi quae posuerunt Aureum num. 3, quem ad huc aperitur in eo autem hic numerus Aureus, integre testis est Veritatis, quia anni Diocletiani paripassu conumerati cum decemnovenali Cyclo; si annos 41 dividis per decem et novem, invenies eundem Aureum num 3, in 41 Diocletiani, quem habuit annus Communis Aerae 325.

Nunc inquiramus quotus sit annus	1036
41 Diocletiani, per Aeram Urb. Cond. si	41
1036 ejus, ante Diocletianum, addis 41, conficiuntur	1077
1077 Aerae Urb. Cond.: si ab eis detrahis	752 rest
752 ejus, qui praecesserunt exordium Aerae	325
Communis nostrae, remanent ipsi 325 in	
41 Diocletiani conumerati: si ab ipsis 1077	1077
detrahis 753, praecedentes veterum commu-	753
nem computum, remanent 324 in 41. Diocletia-	324
ni: Ergo in isto computo unus annus minus	

quam in nostro Dionisiano, computatur. si 325 Christi, addis unum, juxta canonem Paschalem Dionisii, et dividis per 19, habes Aureum num. 3. si 41 Diocletiani dividis etiam, habes eundem Aureum numerum 3. Si 324 vestrum, addis unum, et secas per decem et novem, habes Aureum num. 2. Quis nunc bene connumerat? Vos in qua libet epocha, ab exordio vestri communis computi, omnibus historiis, unius integri anni aberratio

325 + 1 = 326 ⌊19	41 ⌊19	324 + 1 = 325 ⌊19
13 : 17	: 2	13 : 1
(03)	(03)	(02)

Nec valet dicere: nos etiam supputamus in consulatu Anicii Paulini, Zeporiiq Juliani, 41 Diocletiani 325 Christi, cum Aera Urb. Cond. 1078: quia anni per vos ante Aeram Diocletiani, nec sunt plus, minusve, quam 1036, U. C, nec anni Diocletiani quam 41: si convenitis cum anno et consulatu, est á violenta intrusione unius anni, et consulatus, á tempore non confecto, sed á Calamo. Aera Urbis Cond. in 41 Diocletiani est exactissima 1077, non 1078.

Adhuc scrupulum remanere poterit in Adversariis, an bene, vel male, calculaverint annum 41 Diocletiani, et volumus alliam secundam demonstrationem eis dare, in exemplari ab eis tradito: quia dum exornavimus in Assertione, de Aera h

gaé Dionisiana, in solutione ad tertium, ibi videbis eum, et solutiones quia in eo, nihil amplius desiderabis.

At tertiam demonstrationem, innegabilem, enodabimus, [illegible] [illegible] in confesione, et doctrina eorum ~~[illegible]~~ tam R. Bertino in suo Brebiario Chronol. Lib. 1. cum Petavio, Pagio, et Norisio, cap. 12 ait: S. Cyrilum inchoasse suum Circulum anno rum 95, ~~in~~ anno 153 Diocletiani, qui est 436 Aerae Vulgaris Dionisianae: exornemus hanc Epocham.

Si ~~[illegible]~~ 1036 Aerae Urb. Cond. addis 153 Diocletiani, á S. Cyrilo supput., invenies illeganuus esse 1189 Aerae Urb. Cond.: si ab eis detrahis 752 hujus, qui praecesserunt exordium computi Dionisii, invenies, annum 153 Diocletiani, esse 437 Christi, Dionisiani computi: si ab ipsis 1189, detrahis 753. Urb. Cond., praecedentes computum adversariorum, reperies, annum 153 Diocletiani, juxta eos, esse quem illi conmerant 436 sui computi. Videamus nunc qui pro veritate pugnant.

Si anni nostri 438 (uno addito) dividis per decem et novem, reperies eum esse Annum num. 1. quo inchoavit S. Cyrilus

1036	
153	sum.
1189.	
752	rest
347.	
1189	
753	rest
436	
437	
1	
438	19
5	23
(01)	

Si 153. quibus S. Cyrilus inchoavit suum Circulum 95., dividis per 19. ipsum Aureum num 1. reperies. ex quo constat, (juxta infallibiles regulas Cyclorum) apparent, annus 437 noster, et 153 Diocletiani, in S. Cyrilo. Si 436 contrariorum, uno addito, dividis per 19, invenies Aureum num. 19.; Cui Credemus? S. Cyrilo, et computo Diomsiano, aut Adversariis qui contend[unt] Sanctum Cyrilum exordium dedisse suo Circulo, in anno, qui per necese Aureus num. 19 est.? Qui sunt qui totam veritatem, exactitudinem que chronologicam evertunt, nisi adversarii?? Illi sunt qui vero Vulgari Diomsiano computo, perfracte, unum annum usurpare contendunt, defectu sui computi: Illi sunt qui ratione deffectus hujus, pervenire nonpossunt ad annum, Consulatus Carini II Aurelii Numeriani A. II nisi cum 283 annis Christianisi addito fraudulenter Consulatu uno suffecto, ad 284.

At ut pro opinione Venerabili Diomsii (ex[iguus] qui incorpore, Magni sed in anima, et erudition[e]

Mathem[...]

153 | C...
8
(01) Po...
=p...
436 =...
1
=Ca...
437 | =c...
5 : 2 =...
(00) =t...

annotiam laudamus
Mathematica) ~~tab~~ anno 22 Bexting suo Breviar. Chron. Part. I Cap. 12 de Aera Vulgari, qua art: "At Vulgaris Aera "progreditur á Calend. januar. anni 754 U.C. Apertis- "sime enim Vvi Clarissimi Petav. Lib. 11. de doctr. temp. "Cap. 29. Norisius in Dissert. de duobus nummis Dio- "cletiani et Licinii: et Pagius ad annum 284 demon- "strarunt Aeram Diocletiani incipere á Consulatu Ca- "rini A. II Aurelii Numeriani Aug. II hoc est á "predicto anno 284. Orbis Conditi 1037. detractis "que ab Aera Diocletiani annis 283, qui praecesserunt "ab exordio Aerae Christianae, usque ad Imperium "ejusdem Diocletiani, residuus exit U.C. 754, á quo pro- "inde rectissime constituuntur Christianae Aerae "principia.

"Haec Vulgaris Aera, eadem est cum illa, quam "Dionisianam appellitant. Dionisius enim Exiguus "loco Cycli annorum 95, quem S. Cyrillus Coepit ab "anno 153 Diocletiani (N.B) Aera Christi 436, ac "terminavit in anno Diocletiani 247, Christi 530. "induxit Cyclum Victorianum annorum 532 suis "que cyclis noluit memoriam persecutoris inectere "sed magis elegit ab incarnatione Domini tempora "praenotare: ut Dionisius ipse testatur insua ad Pe- "tronium Epistola. Cum autem Dionisius Cyclos

= inchoaverit (N.B) ab anno Diocletiani 248. et Aerae C
= Christi 531; ut Idem Dionisius declarat, et doce[t]
= quoque Vener. Beda, de Ration. Temp. cap 45. sequ[i]
= tur, annum primum Cycli Dionisii esse annum [i]
= ndictionum 15., qui proxime initia Aerae Vulgaris prae
= cesit.

In hoc textu ad est tota Doctrina computi contra
riorum: hic videmus annum primum Diocletiani esse
284 Christi 1037 Aerae Urbis conditae: hic, quod exo[r]
dium Aerae ejus, fuit ab anno 754 Urb. Condit., et hic a
imputatio falsissima, quod hic computus idem est: [semper]
cum Aera Vulgari Dionisiana appellata. Exorne
mus jam hanc doctrinam, et sciamus, qu-

otus annus Urbis Conditae sit annus —	1036
248 Diocletiani, quo exordium dedit Dionisius	248
cenumerationi sui Magni Paschalis Cir	1284
culi. Si 1036 Urb. Cond., ante Diocletia	752
num, addis 248 (qui appellandi erant Dio-	532
cletiani, et Dionisius Incarnationis Domini-	1
cae appellavit) conficiunt Aeram Urb. Cond.	533
1284. Si ab eis detrahis 752 hujus, qui prae	19 : 2
cesserunt Aeram Vulgarem Dionisianam	(01)

remanent 532 Christi: his uno addito jux
ta canonem Dionisii, et divisi per 19, cons
tituunt Aureum num. 1. primum Mag

Magni Paschalis Circuli Dionisiani si 248 Diocletiani appellaturo, dividis per 19, eundem Aureum num. 1. reperies.

Redeamus ad sententiam contrariorum. Si a 1284 Aerae Urb. Cond. detrahis 753 ante suum Computum Vulgarem, remanent 531 Christi eorum: si uno addito, seccas per 19. Aureum numer. 19. reperies, in anno 248 Diocletiani. Qui vere connumerant? An qui incorrecte et injuriose, volunt, Dionisium exordium suum dedit Magno Paschali Circulo Aureo num. 19, aut qui eum exordium sumpsisse dicunt ab Aureo num. 1, anno 248 Diocletiani?

Expresio magis injuriosa Eruditissimo Mathematico Dionisio, Clarissimo, sapientissimoque sancto Bedae inveniri non potest, quam imputare eos docuisse, annum 248 Diocletiani, esse 531 Christi, et quod in illo inchoavit Magnum suum Circulum Paschalem Incarnationis; totum hoc est falsum, inventum eorum, qui, cum defectu erroris unius anni, Aeram Vulgarem appellatam, exordiuntur anno 754 U.C. et ipso errore, contendunt annum primum Aerae Diocletiani esse 284 Christi.

248 | 19
05 : 13
(01)

1284
753
531
1
532 | 19
15 : 28
(00)

tus est, omnes ostendunt, annum praesentem 1772 esse Aureum num. 6.

Nunc demonstratio. Anni Aerae Urb. Cond. ante Diocletianum, est per vos 1036. additis [illegible] 247. Diocletiani, ante Dionisium, et 1241 hujus, conficiunt annum 2524 Aer. Urb. Cond., hic eadem [illegible] in Tabulis publicis Computi signatur: Si á 2524 detrahis 752 U.C., ante nostrum exordium Aer. Vulgaris, reperies ipsos 1772 ann. Christi, quos supputamus omnes. Si á 2524 detrahis 753 U.C., ante Adversariorum Aeram, remanent 1771, quos non commeramus, et si addito uno, dividis, per 19, reperies Aureum numerum 5, anni antecedentis

1036
247
1241
2524
752
1772
2524
753
1771
1
1772
·06:
(05)

Remanet probata propositio, nostra, quod nempe quacumque Epocham in computi, uno integro aberrant anno, et insimulant Honufrio, et Dionisio, errores suae sententiae. Sic luculenter ostensum est, quod ab exordio sui computi, in 754 U.C., usque ad annum 277 Christi, Consulatus Taciti et Aemiliani, in omnibus Epochis, unam integram annum aberrant, et Quod ab illo

— Dionisius et Ven. Beda, cum tota hæc doctrina, sit aliud quam inventio eorum, qua totus ordo Chronologicus evertitur. Circuli franguntur, Epochae primorum seculorum, extra suas legitimas sedes aptantur, et omnis veritas Chronologica confunditur. Haec est propositio (ut dicunt Philosophi) aeterne Veritatis: in quacumque epocham citatam per Aeram eorum, anno Urb. Cond 754, exortam, ab exordio, usque in præsens, uno integro anno aberrant.

Probatur Propositio, per ipsam regulam et demonstrationem antecedentem. Anni Diocletiani, ut jam vidimus, supputati, usque ad Magnum Circulum Dionisianum, fuerunt 247, qui conficiunt 13 circulos decemnovenales exactos, facta divisione. Anni supputati, á primo Magno Circulo, usque ad huncannum 1772, sunt 1241, qui si dividuntur per 19, reperies 65 circulos, et Aureum num 6: Si jungis annos Diocletiani, et conumeratos á Dionisio, fiunt 1488, quos si dividis per 19, signant 78 Circulos Lunares, et ipsum Aureum num 6: Si quos hodie enumeramus, 1772, addito uno, juxta Canonem Dionisii, dividis per 19, invenies 93 Circulos decemnovenales, et Aureum num. 6, unusquisque Calculus exac

247 | 19	
05 :	13
(00)	
1241 | 19	
10	65
(06)	
1241	
247	
1488 | 19	
15 :	78
(06)	
1772	
1	
1773 | 19	
06 :	93
(06)	

ob intercalationem indebiti Consulatus Probi, et Paulini, ac variatione Systhematis, accesserunt nobiscum, ad verum computum annorum Christi, in reliquis Consulatibus; sed cum errorem, quia a falso exorsi exordio enumerantes, nunquam convenire poterant nobiscum; Supputavit enim [illegible] unum annum, in Aera Urb. Conditae, quem solum constituere potuit, eorum Calamus [illegible] non Sol: [illegible] quod autem exordium Aerae Vulg. Nostrae est Legitimum, idemque Cathalogus Consulum, evidenter reseratum est.

Prob. III. In regali Tabula computi Cuatri-
ternis, anni hujus 1772 incarnationis Dominicae
dicitur eam esse 2524 ab Urbe Condita: Atqui si ab eis detrahis 1772, remanent 752 U.C.: Ergo primus hujus computi annus est 753. U.C., qui est 43 Imperii Augusti: 4 Olympiadis 194.

2524
1772
752

Prob. IV. Ex Aera Hispanica. Nulli dubium est Aeram hanc initium sumpsisse, a quarto anno Imperii Augusti: quod ab illo excluso, numeratis alliis 38, natus est Christus: taliter quod annus 39 Aerae, sit primus Ae. V. essentialiter (et ab hinc regula Chronologica, ut a qualibet Epocha, per Aeram citata, detractis 38 ejus, residuus sit annus Ae. V.); Atqui 4 ante Aeram, et 38 ejus, sunt 42 Augusti, precise praecedentes Ae. V.: Ergo primus hujus est 43 Augusti, qui etiam est 39 Aerae.

Prob. V. Juxta Canones Chronologiae Dionysii annus primus sui computi Incarnationis habet Aureum num. 2, Cyclum solarem 10, Literam Dominicalem B., primam post bissextilem, Indictionem 4; Atqui si Period. Julian. divides, 4714, per 19, signat Aureum numer. 2. Si per 28, dat Cyclum solarem 10, Literam Dom B, primam post bissextilem: si per 15 invenies in residuo Indictionem 4: Ergo talis annus 4714 P. Julian. est primus Computi Vulgaris.

Assertio

De Æra Vulgari, seu Dionisiana.

Prop. I Æra Vulgaris Dionisiana initium habuit Consulatu Cornelii Lentuli, et Calpurnii Pisonis, anno Urbis Conditae 753.: Correctionis Julianae 45.: Imperii Augusti 43: Period. Julian 4714: Olympiadae 194, anno 4: á Mundo Condito, juxta Astronomos 4004.

Prob. per partes. I. Ecclesia Latina in Calenda, et Martyrologio ait: Christum ortum fuisse anno U.C. 752. Imperii Augusti 42, et Olympiade 194: et cum Natalis Domini fuisset die 8 ante Calendas Januar. noluit annum, primum sui computi supputare, illeque tantum habuit dies septem; quare initit computum; sequenti anno 753 U.C. 43 Imperii Augusti, qui est Olympiad. 194 annus 4: Ergo hic annus, á Calend. Januar. est primus computi Vulgaris.

Prob. II Dionisius Exiguus instituit Æram Incarnationis Dominicae, et supputavit suum primum Incarnationis annum 753 U.C. quam adoptavit Ecclesia, quoad computum: Ergo tam juxta sensum Ecclesiae, quam Dionisii, primus Æ.V. annus, est 753. U.C. qui etiam est 43 Augusti, annus 4. Olympiadis 194.

Æ. V. D. originem duxit a Consulatu C. Caesaris, et Aemilii Pauli anno Urb. Cond. 754. Juliano 46. Quae sententia inexpugnabilis est, ex illo Senecae: Nemo omnes, omnes neminem fallunt: Ergo.

Ob. II. ex Æ. Bertio Lib. 29 de Theolog. Discip. Dissert. I Cap. II. Ambrosius in Epist. ad Episcopos Aem. ait: Annum Vulgarem 373, quo Luna 14 incidit in diem 9 ante Calend. April. esse octoginta novem Diocletiano: Atqui si ita est, annus primus Æ. V. fuit 754 V. C. Ergo. Prob. min. si a 373 Æ. V. detrahis 89 remanent 284 in primo Diocletiani anno: et si a 1037 U. C., qui primus est ejusdem, detrahis 284 Christi, remanent 753 U. C.: ergo primus est 754.

Ob. III ex ipso Æ. in Rudiment. Chronolog. Tom 1. Cap 12: Æra Nabonassaris, ex communi chronologorum consensu, stabilita est anno 747 ante Æ. V. et Censorinus qui scribebat librum de die Natali, Coss. Ulpio, et Pontiano, cap. 13. eundem Consulatum adscribit anno Nabonassaris 986; Atqui nos supputamus a Consulatu Caesaris et Pauli, primo Æ. V. ad Consulatum Ulpii, et Pontiani 238. quibus si addis 747 ante Æram, conficitur summa 985, qui ante praedictum Consulatum fluxerunt: Ergo.

Ob. IV. Annum 4004 Mundi Aequalem non esse cum 752 U. C. 44 Juliano, sed cum 753.

Prob. VI. Pene omnes Chronologi, et signanter Astronomi, ajunt Christum natum fuisse, juxta vulgarem computum, anno 4004 á Mundo condito, primumque esse 4005.: Ergo hic annus est idem cum 753 U.C. qui primus est Æ.V.

Probat. VII. Quoad annos Julianae Correctionis: Quia cum verum sit, annum primum Æ.V. Dionisianae Incarnationis, esse 753 U.C. et hic, sit 45 Julianae Correctionis, juxta omnes, per consequens, est primus Vulgaris Computi: Ergo

Probat. VIII. ex Antonio Contio: qui ad margi nem Cathalogi Consulum Romanorum, ad annum 364 Æ.V. (qui in in Tabulis Consulum Adversarion. signatur, cum errore, 1117 Æ Urb. Cond.) ait: Onufrium Panvinium, doctissimum Fastorum Conditorem, contendere, annum illum 1117, esse debere 1116, ut conveniat historiis, qui bisextilem eum esse dicunt. Atqui si 1116 U.C. perse fuit bisextilis, (et etiam 364 Æ.V.) bisextus etiam fuit 752 U.C. Per se, et independenter á computo vulgari: Quia regula est, ad sciendum quotus annus sit bisextus, anni dividantur per 4, et si nihil remanet, bisextus est; at nihil remanet, facta divisione 1116, et 752. U.C. Ergo annus 752 U.C. fuit bisextus, ut esse debet ille qui computum, praecedit. Sicque annus 753 U.C. est primus post bisextilem.

Ob. I. Juxta comunem, tam Theologorum, quam Chronologorum, et Astronomorum, sententiam,

rrectionis fuisset bisextum? Audiamus Macro-
bium Libr. 1. Saturnal. Cap. 17.: Ergo C. Caesar Exor
„dium novae ordinationis initurus, dies omnes qui
„Confusionem adhuc poterant facere consumpsit. ea
„que re factum est, ut annus Confusionis ultimus, in
„quadringentos quadraginta tres dies perenderetur. Post
„hoc imitatus Egiptios solos divinarum rerum con-
„tios, ad numerum Solis qui diebus, 365 dies et qua-
„drante cursum conficit. Sic annum Civilem Cae-
„sar ad Lunam dimensionibus constitutum, Edictum
„palam posito publicavit. et huc usque stare potuis-
„set: ni Sacerdotes, sibi errorem novum, ex ipsa em-
„mendatione fecissent. Nam cum sporteret, diem
„qui ex quadrantibus conficit, quarto quoque an-
„no confecto, ante quam quintus inciperet inter-
„calare, illi quarto non peracto, sed incipiens, in-
„tercalabant. Hic error triginta et sex annis per-
„mansit, quibus annis intercalati sunt duode-
„cim, cum debuerint intercalari novem. Sed hunc
„quoque errorem sero deprehensum, correxit Au-
„gustus, qui annos duodecim, sine intercalari die,
„transigi jussit. ut illi tres dies, qui per annos
„triginta sex, vitio sacerdotalis festinationis, ex-
„creverat sequentibus annis duodecim, nullo die
„intercalato, devorarentur, post hoc, annum di-
„em, secundum Ordinationem Caesaris: Ait que:
„Caesar statuit, ut ne quadrans deesset, quarto
„quoque anno, sacerdotes qui curabant mensi-
bus,

753 U.C. 45 Juliano, qui precedit A. V. Ergo male adequatur.

Ad solutionem notandum est quid de A. Vulgari sentiant Autores Adversarii, et quid Dionisius Autor ejus. Gravesonus, juxta Pagium, in tractatu de Mister. et ann. Christi. Dissert. 6 ad annum 753 U.C. ait: Ecclesia Latina, seu Occiden=talis, quae primum Christi annum, á C. Caesa=ris et M. Emilii Pauli Consulatu, qui anno se=quenti seu U.C. 754, et anno Juliano 46, exordi=tur, numerare solet, supponit cum Dionisio Exi=guo, Christum natum esse anno U.C. 753. seu=anno Juliano 45:: hoc annorum computo. qui vul=go receptus est contenta. Natale Vulgare Christi=quod dicitur Dionisianum, seu Vulgare, ac co=mune, non pendet á Doctorum opinionibus, =sed necesario copulandum est, cum anno U.C. 753 =seu cum anno Juliano 45, quo Consules fuerunt =Cornelius Lentulus, et Calpurnius Pisones. Ita et Pagius.

Dionisius Autor Vulgaris Aerae Incarnationis, in sua Epistola ad Petronium Episcopum, ait: Quia S. Cyrilus primum Cyclum ab anno =Diocletiani 153. coepit, et ultimum in annum 247 =terminavit, nos ab anno 248 ejusdem Tyrani, po=tius quam principiis in-choantes, noluimus, Cir=culis nostris memoriam impii persecutoris in=nectere, sed magis elegimus, ab incarnatione Do

quarto quoque anno, intercalarunt quoque tertio, sic disseminatus fuit error, per 36 annis, quibus, cum tantum sufficerent novem dies, (quia tot fuerunt quatarii intercalaturi) duo decim fuerunt intercalati: Ergo cum fuerunt (etiam non omnes) 3, 6, 9, 12, 15, 18, 21, 24, 27, 30, 33, et 36. ex quibus 12, 24, et 36 fuerunt bissextiles ajure: Ergo non fuit primus bissextus sed communis

Quartum: Quia cum Augustus notasset intercalationis excessum, correxit errorem, jussit quod duodecim anni [illegible] ab exclusio 36, si ne intercalaris die occurrerent, ut tres illi dies, excessus intercalationis, devorarentur. Sic ultimus duodecim intercalabilis ajure, fuit 48 Julianus, et abillo excluso, collecti fuerunt quadrantes 6 horarum, ut primus bissextus fuisset 52 Julianus. Ergo si primus fuisset bissextus, non ita ordinaretur ab Augusto.

Quintum Quia omnes Adversarii fatentur, errorem sacerdotum, in ipso anno tertio Correctionis, et in Tabellis formatis, hujus erroris, pingunt primum, et secundum annum communes, Prob. Julius Consossius, Occisus fuit, Idib. Mart. anno 710 U.C. secundo post correctionem. Atqui si annus primus Correctionis bissextus a lege esset, sacerdotes non didissent communem

nativitatis ejus, in quo anno ortus fuit, in eodem et incarnatus, nam juxta Amorsium, et Dionysium, Natalis, et incarnatio Dominica eundem annum agnoscunt: ergo si pervos Nativitas Christi Dionysiana necessario alliganda est anno 753 U.C., 45 Juliano, ibi necessario alliganda est, et incarnatio. Cum autem Æra Dionisiana, sit incarnationis, ille annus quo incarnari dignatus est, fuit, et est, primus sui computi annus, ac per consequens 753 U.C. 45 Julianus.

Et confirmatur eo doctrina Dionisii, relata à S. Beda, in qua canon sui magni Circuli est, ut ad sciendum quotuplex sit annus ejus, anni Christi, unus addatur, manifeste docens, quod quando incarnatus fuit, jam unus sui Circuli Decemnovenalis annus fuerat completus. Ergo cum annus 753. U.C. 45 Julianus habeat Aureum num. 2. notam characteristicam anni primi Æ.i Incarnationis, talis annus est primus Æ.V.D.

Nam si pervos, juxta Dionisium, Christus natus fuit anno 753. U.C. 45 Juliano, quando suscepit Carnem? Forte anno sequenti ad Nativitatem? Potuit esse prius natus quam conceptus? Maxima Eruditio Dionisii incidere non potuit in tali anachronismo

~~a 4 t.~~ edito: nos eandem facultatem habentes, (ut ibi invenies) quia responsionem Astronomi eam habeas, Ostendo Calculum Astronomicum Novilunii Januarii, anni 3961, á quo uno ablato remanent 3960 anni Completi.

Dies. hor. / //

18. 3. 39. 16. Ag cont. M.

40. 16. 39. 46 Epact. 3960 an.

. . . . Januar. Ep.

58. 20. 19. 2 sum. desia á

59. 1. 28. 6 duab. revol.

0'0' 5. 9. 4. Novilun. med. in meridiano Uraniburgi die calend januar. inceptum more Astronomico 5 hor. 9 m. 4 sec.

Comprouatur Tabulis Astron. nostr. sithem.

	Loc. Med. ☼	Loc. Med. ☾
	S. o. / //	S. o. / //
Ag M. S. M.	7. 27. o. 54.	3. 8. 28. 33.
3960 an......	1. o 1. 48.	5 15 58 1
5 h. 9 m. 4 s.	o. o. 12. 41	o 2 50 39
Summa	8. 27. 15. 23	8. 27. 17. 13

Concord. cum invent. diff. 1 min & 50 sec.

tiani, 239 annos: Æ. V. 991. U.C. Nunc veni ad hominem Arguo. Censorinus peste, anno, et Consulatu Ulpii et Pontiani supputavit 986 annos Nabonasaris. et horum praecesserunt Æram Vulgarem 747.: Atqui si junges 239 á nobis supputatos, et 747 ante Æ. Vulgarem, conficitur summa 986 á Censorino supputatos in dicto Consulatu: ~~Nabonasaris~~. Ergo exactum initium Æ. V. est nostrum, quo inimus Æram ab anno 753 U.C. 45 Juliano.

239	
747	
986	

Et Confirmatur: quia si a 991 annis U.C. ab omnibus supputatis, Consulatu Ulpii et Pontiani, detrahis 986 Nabonasaris, remanent 5. U.C. ante Nabonasaris Æram: et si his addis 747 Nabonasaris, qui fluxerunt ante Æram Vulgarem, Conficitur summa 752 U.C. precisse praecedentium juxta nostram sententiam, Æram Vulgarem: Ergo primus exactus ejus, est 753 U.C. 45 Julianus. Et si ad 752 ante Æram Vulgarem, addis 239, in Consulatu Ulpii et Pontiani, Conficitur Æ. U.C. per oes, et per omnes ~~[illegible]~~ signata, dicto Consulatu, 991: Ergo in Omnibus, et per Omnia, initium verum, et Constans Æ. V. D. est annus 753 V.C. 45. Julianus

991.	
986 rest	
5.	
5	
747	
752	
752	
239	
991	

Et si Æ. V. nostra, non habuisset aliud argumentum, sui exordii, hoc sufficeret ad convincendam

+

Assertio

De anno primo correctionis Julianae.

Prop. I. Annus primus Correctionis Julianae, fuit 709 U.C. computi Varroniani. Period. Juliani 4670. a Mundo Condito, juxta Astronomos 3961. 44 ante Ae. Vulgarem.

Prob. I quoad primum. Annus primus correctionis Julianae, est ille, quem aperuit Julius Caesar suo quarto Consulatu: Atqui Julius, (et est communis sententia) fuit quarta vice Consul, anno 709 U.C. Ergo.

Prob. II quoad secundum: Period Juliana 4713 juxta omnes Chronologos, est nota characteristica, anni ante Ae. Vulg. quia ut diximus Assertione antecedenti, facta divisione ejus per radices cyclorum, oboriuntur ab ea, Cyclus solaris, Lunaris, indictionis-que anni illius: Atqui si a 4713 detrahis 44 Computi Juliani, supputatos ante Ae. V. invenies 4669 P. J. Ergo primus erit 4670.

Prob. III quoad tertium. Annus praecedens Aeram Vulgarem, juxta Chronologos, Astronomos que, est 4004 Mi. Atqui si ab eis detrahis 44 ann. Correctionis Julianae, praecedentes Ae. V. remanent 3960 ante Julianam Correctionem: Ergo primus ejus erit 3961.

ait: Christum natum fuisse anno 42, Imperii Augusti: Atqui 4 anno Aerarum et 38 qui sunt 42 Augusti. Ergo:

Propositio II Anno 42 Augusti et 38 Aerae supputandi sunt ita, ut 38, et 42, sint idem cum anno 752 U.C. 44 Juliano.

Prob. I: Ecclesia in Calenda ait: Christum ortum fuisse anno 42 Augusti, et 752 U.C. ut aequales: ergo supputandi sunt ita, ut 42 Augusti, 38 Aerae sit 752 U.C. qui est 44 Julianus.

Probat. II: Augustus, suo Indice Ancirano, quo scribere fecit suas memorabiles Epochas, ait: suum primum Imperii annum, initio in illo, quo prima vice Creatus fuit Consul suffect. ob mortem Hircii: hoc enim fuit anno U.C. 711 tertio Correctionis Julianae; Atqui juxta hanc Epocham, anno 715 U.C. Consulatu Censorini et Sabini mense sextili, explevit 4 annum, et iniit quintum; anno que 752 U.C., mense sextili explevit 37 Aerae, et iniit 38, quo natus fuit Christus 8 Calend. Januarii. Ergo Annus 38 Aerae 42 Aug. est idem cum 752 U.C. 44 Juliano.

Propos III: Aera Hispanica ita ordinata est, ut detractis á qualibet Epocha, per eam citata 38, residuus sit annus Aerae Vulgaris.

Probat. I: ex autoritate omnium Chronologorum juxta S. Julianum, qui ait: Jam vero residuus annorum numerus á tempore Nativitatis Christi, usque in praesens, in promtu est unicuique, et scire si volet,

sulatu ejusdem, ille quo consumpsit partes supperan-
tes annorum praecedentium, appellatur qui fuit annus
Confusionis: Ergo.

Prob. maj. autoritate Francisci Blanchini, (ut
traditur ab. Amorio tertia parte Controv. Agridan.)
qui ait: Hirtius Vir Consularis in historia expedi-
tionis Hispaniae, Julii, contra Pompejum, ait: Is-
te movit sua Castra contra Hispalim; at Caesar
antecessit ei tertio Nonas Martias, visa luna su-
pra Orizontem, hora sexta noctis: Atqui hic as-
pectus non verificatur de allio anno, quam illo 709
confusionis, 4 Consulatu Julii: Ergo.

Ob: II Annus primus Correctionis Julianae,
juxta omnes Chronologos, et Astronomos, non est
44 ante Æram Vulgarem, nec 3961. Mundi, sed 45
Julianus, 3960 Mundi: Nec etiam est 4670 P. Jul.
sed 4669: ergo. Prob. antec. quia si ad 4668 Per.
Julian. addis 45 invenies 4713 ante Æ. si ad 3959
addis 45 invenies 4004 praecisior ante Æ. Vulgarem:
Ergo anni Juliani ante Æ. V. fuerunt 45.

Ob. III Si annus primus Julianae Correctionis
esset 3961 Mundi, Novilunium, non esset, Calend. jan. Ecce Calcul.

Dies. hor. I. II
28. 18. 50. 39. Radius Epochae M.
40. 16. 39. 46. Epactae 3960 annor.
. . . . Januar. Epacta.
69. 11. 30. 25. Summa. resta
88. 14. 42. 9. á 3 revolutionibus
19. 2. 41. 44. Novilunium Januarij sub
Meridiano Matritensi, medium, die 19. hor. 2 min.

habuitque Cyclum solarem 22, Lit. D. A. qua signatur dies 12 Januarii, Feria quinta: Ergo.

Si innumera alia exemplaria desideras vide, Tom. II Hispan. sacr. A. R. P. Henric. Florez ex quibus evincitur rectissime, reliquum annorum cuiuslibet Aerae, facta detractione 38, esse annos Ch. D. N. tam Incarnationis, quam Nativitatis, cum utraque eundem annum agnoscant.

Ob: I: Iuxta omnes Astronomos, Theologos, atque Chronologos, Modernos, Aera initium sumpsit anno 716 U.C. quo Consules fuerunt Claudius Pulcaus, et Norbanus Flaccus; Atqui si 715 addis 38 conficitur summa 753 U.C. quo natus fuit Dominus: Ergo. Prob. maj. quia cum Aera originem ducat, á contributione aeris Romano Populo, ut ait S. Isidorus, Decretum Imperiale contributionis, aprobatum fuit á senatu, anno 715 U.C. Consulatu Censorini et Sabini; at prima solutio, non habuit effectum usque ád annum 716 U.C. Atqui juxta Isidorum, sumpto initio á solutione, prima fuit anno U.C. 716: Ergo.

Ds. I Neg. maior. Ad prob. transeat maj. et neg. min. Initium Epochae non fuit a solutione, sed á gravamine solvendi, imposito ab Augusto, ex quo appellata fuit Aera Caesaris. Nec S. Isidorus initium sumpsit á solutione, sed ab obligatione, qua aes reddere tenebantur Romano Populo: Verba illa, ex quo aes reddere professus est, sunt expressiva gravaminis seu decreti, inductoris Violentiae, á quo sumpsit initium

incidit in
illo anno 3 non. Mart. [struck] 87 diebus illius, et tantum calculavit 64: secunda quia si calculus factus est juxta supputationem annorum communium regularium, falsus est computus, quia anni praecedentes calculati, non fuerunt regulares, communes, sed errorei, ita ut tempora reducebant 78 diebus quolibet anno, et hac de causa á Julio regulata fuerunt.

Resp II. ex Lapide Ancirano, quo Augustus memorare fecit, suas singulares Epochas: Ibi legitur juxta Gruterum, exordium sui Imperii sumpsisse ab anno 711 U.C. tertio Julianae Correctionis, quo prima vice creatus fuit Consul suffectus, ob mortem Hirtii in bello Mutinensi: Ergo si tertius correctionis fuit 711, primus fuit 709 U.C. Hoc monumentum est intrepidi fidei, et inexpugnabile, et non minus favet, opinioni communi omnium Chronologorum, qui sunt pro hac sententia.

Ad II. Neg. ant. idem que ad prob. exordium Aerae Vulgaris, non pendet á Doctorum opinionibus, sed á sententia Autoris ejus, Dionisii, qui eam confecit, et Ecclesiae Romanae, quae eam adoptavit, ut vidimus Assertion. antec. supputaverunt, primum sui computi annum 753 U.C. 45 Correctionis Julianae: ergo annus ante Aeram Vulg. fuit et est

per eam, annus primus Aerae Christi solum necessarium est, ut facta divisione per radices Cyclorum, inveniamus Aureum num. 2. Cyclum Solis 10 Indictionem 4 notae Characteristicae anni primi Ae. V.: Ergo si a me ponatur memorata Period. 4714, anno primo Correctionis Julianae, sufficit quod facta divisione, inveniamus Aureum num. 2 Ciclum solarem 10 Indictionem 4. ut sciamus annum primum Correctionis Julianae esse primum Aerae Christi.

Vel aliter retorqueo: Nihil interest, an hoc, vel illo anno Augusti incipiat Aera, quod necessarium est sciamus, ut detractis ab ea 38, residuus sit annus Ae. V.; Atqui Amortius et Blanchinus, propugnant annum primum Ae. V. D. esse 755 U.C. ut videre poteris, in 3 parte Controv. Aquidan: Ergo facta detractione 38 residuus erit annorum Ae. V. D. juxta sensum Amortii, cujus primus est 755 U.C.

Doctrina haec est deceptoria, invertit que verum ordinem computi. Quod primum infallibiliter sciendum est, ut non seducamur, quo anno supputatur recte, 42 Imperii Augusti; ille peremnecesse erit 38 Aerae. Anno 753 U.C. et tempore Natalitii, á nullo supputari possunt 38 Aerae tantum, summant Epocham ut voluerint. Qui incendunt inire Vulgarem Aeram á Consulatu Caesaris et Pauli 754 U.C. aliud dicunt et aliud faciunt: dicunt, quod detractis á 42 Aug. 38 Aerae remanent 4. Quatuor, et 38 sunt 42 Augusti: Faciunt, aliud: quia ab initio Epochae Augusti ad 753 U.C. 8 Calend Januar. supputant 43 Augusti, si, ab eis detrahis 38, remanent 5. non 4. ut docent: si ad 43 detrahis 4. remanent 39, qui detrahendi sunt, et haec

sequatur. Ergo non est opinio alliqua sequenda, in supputatione annorum, nisi juxta Aer. semel receptam, quam exantiquare nemo potest, nec exordium ejus transfatum. ab anno 753 U.C., 45 Juliano, ad annum 754 U.C. 46 Julianum, quem non adhivuit.

Res mirabilis est, quod agnoscant, fateanturque, Ecclesiam, ad computum, habere natalem Domini Octavo Calend. Januar., ann. 752 U.C., 44 Juliano, quod immediate primum, computi ejus, et Dionisii, sit 753 U.C. 45 Julianus, et tenaciter propugnent, primum computi Ecclesiae, et Dionisii, esse 754 U.C. 46 Julianum. Qui tamen Christus ortus fuit anno 44 Juliano, 8 ante Calendas Januarias sequentis, et Ecclesia noluit supputari annum illum, utpote in eo, salvator non habuit plus quam septem dies, despexit eos, et etiam despexit totum integrum annum sequentem, 45 Julianum, et exordiri jussit á Calendis Januar. alterius, 46 Juliani. Haec jussio Ecclesiae Romanae ostendatur, et cessavit contentio.

Nativitas Christi Chronologiae, Radix, et fundamentum Aerae communis, anno 752 U.C. 44 indefectibile Juliano, usu confirmatur, ex Tabulis publicis Computi, quibus notatum fuit annus 1772 Incarnationis Dominicae, est 2524 U.C. si abeis

ab incluso anno 753 U.C. 45 Juliano 43 Augusti juxta sententiam Autoris Aerae Vulg. quia utrumque.

– Qui opinantur Aeram Vulgarem initisse anno 754 U.C. 46 Juliano, facta detractione á qualibet Aera. 38, residuum credent esse suae falsae Ae. V. cujus primus annus sit 754 U.C. 46 Julianus, et cum hoc sit maximus error, necessum est ut á nobis eliminetur, si possumus.

Sit Argumentum hujus veritatis, Chronicon anonymus Buxgensis, quo Autor ejus ait: Cum enim
„Aera praecesserit incarnationem 38 annis, et Dominus
„natus fuerit, quadragesimo secundo anno Octaviani
„Augusti.. et ipse regnavit post conceptionem 15 annis,
„restat, quod in morte ejus (Octaviani) Aera erat 53.
„et in ea Aera, coepit imperare Tyberius, et 23 annis
„regnavit: ergo in morte ejus, erat Aera 76.

Nunc faciamus computum. Augusto obiit Aera 53, si ab eis detrahis 38 remanent anni 15, qui juxta Vos sunt 15 Aerae Vulgaris:	53 38 15
Qui ajunt Aeram V. incepisse anno 754 U.C. tale non supputant, et probatur. Augustus obiit anno 767 U.C. si ab eis detrahis praecedentes Aeram suam 753, remanent 14: ergo cum errore unius anni á principio, procedunt. In Aera non est error: et confirmatur, quia si á 767 quo obiit Augustus, detrahis 752 U.C. praecedentes eam, remanent 15 Ae. V.: ergo Aera exacta est: ubi ego sum!	767 753 14. 767 752 15
Aera qua decessit Tyberius, est 76 si ab ea detrahis 38 remanent 38 Ae. V.. Tyberii annus obitus fuit 790 U.C. si ab eis detrahis 752 U.C. praecedentes Ae. V. remanent 38 ejus: ergo tam	76 38 38. 790 752 38.

in uno

Regula Comprovationis rectitudinis annorum Ae. V. haec est. 752+1772= 2524 U.C. 5199-1772= 6971. M. 44+1772= 1816. Correct. Julian. 38 (qui est 42 Aug.)+1772= 1810 Aerae. Sic juxta Ecclesiam. et Dionisium, regulae computi illius, ac Disciplinae ejus, quibus totus Ordo tam civilis, quam Ecclesiasticus sustinetur et gubernatur esunt; ut annus, quo exorditur computus Aerae, tam communis, quam Dionisianus, sit 753 U.C. 45. Julianus: ante Aeram 752 U.C. 44 Julian. 4713 Per. Julian. 4004. M. factaque detractione 44, primus Correctionis Julianae sit 709 U.C. 4670 P. Jul. 3961. M.

Sed instabis adhuc: annum ante Ae. Vulgarem esse ó Astronomicum, seu bisextum, juxta omnes; Atqui 44 Julianus non est bissextus, sed 45. nec 44 potest esse 4004 Mundi Ergo. Prob. I quia Omnes Chronologi et Astronomi dicunt annum primum correctionis Julianae esse bisextum. Ergo 1, 5, 9, 13, 17, 21, 25, 29, 33, 37, 41, ec 45 ante Ae. V. bisextiles fuerunt. Etiam prob. quia si á 3959 M. ante correctionem, addis 44 conficiunt 4003 ante Ae. Vulg: et tali annus non est bisextus, facta divisione per 4, sed tertius post bisextilem: Ergo.

R. Opinionem Ae. V. ab Adversariis non aliter sustinere posse, quam fractis regulis omnibus, principiis, Legibus-que Chronologiae; Ubi est Lex Correctionis, qua doceatur, annum primum Co-

ibus, et diebus, unum intercalarent diem, eo sci-
licet mense, et loco, quo et apud veteres men-
sis intercalabatur: id est, ante ultimos quin-
que Februarii Mensis dies. Id que bisext. cen-
suit nominari. Idem que ait Solinus Lib. 2.
et Suetonius.

His legibus, et praerequisitis, exorsa, et con-
fecta fuit, á Julio, nova temporum ordinatio. Ubi
est Lex, nec informatio, ut primus correctionis annus
esset bissextus? Potius contrarium, variis momen
tis evincitur. Primum: Si Julius omnes dies, qui adhuc con-
fusionem poterant facere, consumpsit: ergo illum etiam diem
in quo reponitur intercalatam, primo anni men-
se, consumpsit; falso que asseritur primum an-
num, intercalarem fuisse, quia qui consumpsit
illo anno confusionis 443 dies, consumpsisset etiam 444.

Secundum: Quia Lex correctionis, edita, et
palam, promulgata, fuit, ut á Sacerdotibus qui
curabant mensibus, et diebus, ne quadrans de-
beret intercalaretur, quarto quoque anno, dies
unus, sexto Calend. Mart. denominaretur quia an-
nus ille, bissextus: quia bis diceretur sexto Calendas.
Ergo primus non fuit bissextus, quia non fuit
quartus.

Tertium: Quia Sacerdotes quibus incum-
bebat ordinatio mensium, Calendarum, et dierum,
erraverunt intercalationem, quia cum esse deberet

=mini N. Iesu Christi annorum tempora praenota=
=re, quatenus exordium spei nostrae, notius no=
=bis existeret, et causa reparationis nostrae, eviden=
=tius praeluceret.

Amorius in 3 part. Controvers. Agredians
ad hunc textum Dionysii, ait:= Cum incarnatio Do=
=mini, quae contigit 25 Martii, et Nativitas Do=
=mini, quae contigit 25 Decembris, eundem annu
=agnoscant, manifestum est, Aeram Dionysianam
=et Aeram Vulgarem, eodem anno inchoare.

S. Beda De Natura Rer. Cap. 47. ait: Denique
=Dionysius in Paschalibus quod scripsit argume=
=tis, ostendit, ut ad inveniendum quotus sit annus
=Circuli Decemnovenalis, summere annos Domi=
=ni, et prius quam hos per X. & IX partiamur, unu
=praecipit adjicere, significans illo incarnato unum
=Circuli decemnovenalis annum jam fuisse com=
=pletum.

Jam ad I. Ass. Neg. suppositum, quod Ae. Vulg.
Dionisiana exordiatur ~~ab~~ anno 754 U.C., et im=
plicat in terminis, quod juxta Dionisium Nativi=
tas Christi necesario aliganda sit anno 753 U.C.
45 Juliano, ~~quia~~ ubi cum Aera Dionisii sit incarnatio=
nis Domini, annus primus compuiti ejusdem 753
U.C. 46 Juliani.

Dionisius stabilivit Epocham Incarnationis
Domini nostri Iesu Christi: si atendis tempus

in præsentia Correctoris temporis, Julii: Ergo quia non fuit à lege bisextus, sed communis.

Sexto: Quia omnes Adversarii fatentur, omnem annum Centesimum Julianum esse bisextum; Atqui si primus Correctus esset bisextus, Centesimi non essent bisexti, sed communes; Ergo. minor patet quia bisexti essent 101. 201. 301. &c.

His demonstratis, convincitur; quod in Computo Juliano, anni bisextiles à jure fuerunt 4, 8, 12, 16, 20, 24, 28, 32, 36, 40, & 44.^{tus} hic ~~[illegible]~~ ò Astronom. ante Ch. 1. sic qui annus Ch. ante Correctionem Julianam, est 3960, quia 3960 + 44 = 4004. Annus P. Jul. 4669. quia 4669 + 44 = 4713 ante Æram Vulg.

Ad III Arg. neg. ant. ad probat neg. recurrendi nem Calculi. Sufficere nobis poterat, quod à nemine dubitatur, annum primum Correctionis Julianae fuisse 709 U.C. etiam qui fuisse conjunctionem Luminarium in Calend Januariis, Nam quod noster primus Ch. annus sit 45 Julianus non tolit, nec avellit hanc veritatem

At cum Astronomi, errore suo ducti, formant radices Astronomicas, quo modo necessitas urgens, ut videre poteris, nostro Epitome Clavis Chronol.

Alia Comprovatio

Anni.	Dies	h	'	''	
3960	00	5	9	4.	Novil. Januar. Julian.
2	260	.	.	.	Bisexti, annumentur.
3962	260	5	9	4	temp. Comp. Nov.
	11	9	4	47	Nov. Const. restetur.
3962	248	20	4	17.	Resid. temp. Compl.

3962 anni, sunt. 124945632000. secund.
248 dies 21427200
20 hor. 4 m. 17 seg. . . . . . 72257.

Sunt . . . . . 124967131457 secund. qui si
dividantur per 2551443. secund. qui sunt Lunatio
una Synodica, invenies 48979 Lunationes cum
exuberantia $\frac{18}{10000}$. Reliqua in Epitome.

Aeram Vulg. 5493 Period. Graec. 12 a sic.

Propos. 1: Aequatio facta á Pagio Period. Graec. cum Latino computo potiùs est destructiva unitatis, inter utrumque Computum, Graecum, et Latinum, quam inductiva unionis.

Prob. 1: Juxta Pagium, et Alumnos ejus, ut aequetur Computus Graecus cum Latino, adinveniendum per Period. Graecam, quotuplex sit Aureus num. cujuslibet anni, facta divisione per 19, á residuo tolatur unitas, et quod remaneat erit Aureus num. qui quaeritur; Atqui haec doctrina potius destructiva unionis utriusque Computi est, quam inductiva ejus; Ergo.

Prob. min. Juxta Graecos, annus primus Diocletiani est 5777, qui divisus per 19, signat Aureum num. 1. qui inter eos semper fuit, et erit nota characteristica illius anni: Et in nostro computo Latino, annus primus ejusdem Diocletiani, habet etiam eandem notam Aurei numeri unius; Atqui si detrahitur unitas computi Graeci, remanet annus primus tyrani Aureus num 19, quem non habet comput. Latin. ex quo oritur diversitas inter utrumque computum, cum antea uniformes essent: Ergo.

5777	19
00 :	304
(01)	



Pagiana: Ergo.

Prob. II: Annus primus Diocletiani 5777 semper habuit, et dedit, Aureum num. 1 et idem annus 285 [illegible] nostrae Aerae Vulgaris Incarnationis, qui primus est Tyrani Aerae, ut in assertione de Diocletiana Aera patebit: quod jam non habemus, ex appellata aequatione Pagiana: Ergo ante quam Pagius cogitaret tale opus exequationis, plus aequati [illegible] exarat computus Graecus, et Latinus.

Prob. III: Verum annus 5493 juxta Graecos est annus primus incarnationis Domini et idem cum 45 Juliano; Atqui juxta Dionysium 45 Julianus est etiam primus computi, et incarnationis Domini, et Pagius, sua appellata aequatione contra Dionysii mentem, non vult eum esse primum computi sed praecedens [illegible]: Ergo ante quam Pagius &c.

Ob. 1: Unitas, seu uniformitas, inter computum Graecum, et Latinum etiam si in Cyclo decemnovenali non servetur, consequitur in Cyclo Indictionis Romanae, facta divisione annorum, per 15: nam ut ait R. Florez annus primus Diocletiani habuit Indictionem 3, et hanc ipsam, dat annus 5777, qui est

primus

Assertio

De Aera Hispanica.

Aera Hispanica est illa quae tantùm propriè appellatur Aera. dicta á tributo aeris, quod impositum fuit hispanicis ab Imperio Romano. Ita S. Isidorus Cap. 6. de Natur. rer. Aera Caesaris Augusti, tempore posita est, dicta autem Aera, ex quo Orbis aes reddere professus est Romano Populo. e Per hanc, omnes fortè Nationis civitates fuerunt, plus quam per tredecim saecula, usque ad introductionem Aerae Vulgaris communis, seu Incarnationis Dionisianae.

Propositio. I. Aera initium habuit á quarto anno emenso Imperii Augusti Octaviani: et in 38 hujus, natus fuit Christus.

Prob. I. ex R. Florezio Tom 2. Hisp. Sacr. Cap. 6. quo ait: secundum opinionem antiquorum Scriptorum, natus fuit Christus anno 38 Aerae concurrentis cum 42 Imperii Augusti. Ita invenitur in Orosio Lib. 1. Cap. 1. S. Isidoro suo Chronico ad sextam aetatem, Annalibus Compostelanis, Isidoro Pacensi, alliis que. Haec fuit communis opinio, quag cum Eusebio Caesariensi secuta fuit Romana Ecclesia; in Calend. Nativit. Si ergo á 42 Augusti, detrahis 38. hujus Aerae, remanent ad initium Aerae, 4 anni Augusti. Ergo.

Probat. II Ecclesia Romana in Calenda Nativit.

est quod annus Graecus 5777 primus Dio- | 5777 ⌊15
cletiani, facta divisione per 15, dat indic- | 12 :
tionem Romanam 3, cum tantum resi- | 07 :
duus sit 2, et ut aequetur cum Com- | (o2)
puto Latino, necessum est, ut residuo addatur 1
unitas in qualibet indagatione. Ergo nec cum aequatione Pagiana, nec absque ea, quoad Cyclum Indictionis annus Graecus 5777 primus Diocletiani dat Indictionem 3.

Ex hac confesione Floretiana, quod annus primus Diocletiani habuit Indictionem Romanam 3. oritur nobis, magnum argumentum erroris Adversariorum, convictorium. Nam asserunt primum annum illum esse 284 Christi: si eis addis 3 circuli Indictionis, qui juxta Dionisium, et omnes praecesserunt eram sedecim Aerae Grus, fiunt 287: si tamen dividis per 15, residui sunt 2. Indictionis, et cum in rei veritate ille annus primus Diocletiani habuisset 3 Indictionis, evincitur, eum esse, non ut cum errore ajunt, 284 Christi, sed 285, ut amplius demonstrabitur, Assertione de anno primo Diocletiani Aerae.

| 284 |
| 3 |
| 287 ⌊15 |
| 13 : 19. |
| (o2) |

Ad. II Rx. neg. ant. Ad prob. neg. suppositum. Nam si ais: Dionisium cum Latinis, possuisse Natalem Domini 25 Juliano:, ubi

set supputari si placet, assumptis videlicet annis secundum Aeram, ab ipsa Domini incarnatione, Aera enim inventa est, ante 38 annos quam Christus nasceretur, nunc autem acclamatur Aeram esse 724 detractis igitur 38 annis ex quo Aera inventa est, usque ad Nativitatem Christi residui sunt 686 anni. Ergo anni qui remanent, detractis 38, sunt Aera Ing. Dom.

Probat. II Variis monumentis: Primum in Opido Talavera, in Ecclesia S. Clementis, Lapida sepulcrali inventa qua legitur.

"Aquí jace Juan Fernandez que Dios perdone Fixo de Dn Fernando Martinez que Dios perdone Este Caballero fue mui rico, e mui hondrado, é mui donable, e fizo muchos buenos criados. Finó Domingo 18 dias andados del mes de Diciembre. Era M. CCC. LXXIV. (1374)

Ab Hac Aera, detractis annis 38, remanent 1336 ann Christi, seu Ae. V. Confirmatur; quia annus 1336. habuit Cyclum solarem 1. Liter. Dom. G.F. qua ultima exit dies 8 Decembris Dominica, utpote habet secundam literam Dominicalem F. Atqui unus Cycli solaris est proprius Ae. V. D. Ergo.

Secundo; alia Lapida sepulcralis, Ecclesiae Toletanae Sant. Jacobi, ad introitum portae meridionalis, qua legitur.

Aquí jace Martin Perez fixo de Dn Miguel y finó Juevez 12 dias de Enero. Era de mil é tres cientos é sesenta é siete

Hic annus est 1329, detractis ab Aera 1367, 38.

Dionisii est 45 Julianus, Juxta Graecos 5432. eor.

Prob. juxta Graecos, annus 5493 sui computi est primus Incarnationis Verbi Divini: habet quo Aureum num II: Ergo annus praecedens 5492 exit primus sui Decemnovenali Circuli: Atqui annus 45 Julianus est idem, pervos, cum 5493 incarnationis Verbi, juxta Graecos habet quo Aurnum 2, Ergo annus 44. idem cum 5492, est primus magni Circuli Dionisii, ut 1. Cyc.

Sit que regula exactissima chronologiae, erit (despecta aequatione, quae appellatur, Paziana, ut non plus serpant errores) quod qui scire voluerit, per Periodum Graecam, quotuplex sit numerus Cycli Decemnovenalis, quolibet anno Christi, his addat 5492, summet et dividat per 19, et residuum erit Aureus num. quaesitus. Si scire cupis Cyclum solarem, adde annis Domini, [illegible] 5, divide per 28, et residuu est Cyclus solaris. Si Indictionem, junge anno Domini ad 5492 adde 1. secca summam per 15. et habebis in residuo Indictionem.

Translatio..., facta... a Dionisio jussu Ecclesiae (ut in sequenti Assertione enodavimus) Calendarii Graeci ad Latinum, ita ab eo aptata fuit ut annus qui inter eos, fuit primus computi

Incarnationis,

initium Epocha.

II. Si et si ita ut suppositum esset, et 38 Aerae, 753 U.C., facta detractione 38 remanserit annus Aer. V. quemquem primus esset 754 U.C.; Atqui hic annus juxta infallibiles demonstrationes factas, in antecedentibus Assertionibus, non est primus, sed secundus Aer. V. D: Ergo annus 753 U.C. non est 38 Aerae. nec primus ejus 716.

III. Quia Ecclesia, cujus Aera Vulgaris est, in sua Calenda ait: Christum natum fuisse anno 42 imperii Augusti, qui est 752 U.C.; Atqui si 38 Aerae esset 753 U.C. nec Nativitas Domini esset in 752 U.C. nec ~~[illegible]~~ in 42 Augusti, sed in 43. quod repugnat Ecclesiae et Aer. V. ejus: Ergo. Patet, quia facta numeratione ab anno 711 quo Augustus iniit suam supputationem, á mense sextili die 13: in 753, supputaretur annus 43 Augusti, quo necesse erat nasceretur Christus. Sequeretur ~~[illegible]~~ etiam, quod Aera non habuit initium á quarto anno emmenso Imperii Augusti, sed á quinto expleto, et sexto incepto, quod repugnat doctrinae Auctorum, qui citantur in prima probatione hujus Assertionis.

Ob. II ~~[illegible]~~ Auctorem quem citare nolumus, qui ait ~~[illegible]~~ nihil interest, an hoc, vel illo anno incipiat Aera: Quod necessarium est sciamus, quod facta detractione 38 á quacumque Aera, residuus est annus Aerae Vulgaris. In vanum deni que laboratur, ut sciamus quotus sit primus Christi, per computum Aerae Hispan. &c.

Resp. Concedo Argum. Nihil interest, an hoc, vel illo anno jungatur Periodus Juliana 4714, ut signetur

quia uterque signarunt annum primum in carnationis 45 Julianum.

Pagius, ut annus primus incarnationis esset 754 U.C. 46 Juliano, invenit inextricam aequationem duorum computorum, ut quod conspicue, et recte, á Dionisio factum fuerat, eliminaretur. Sic jussit, ut ab anno Incarnationis Graeco, 5493, qui facta divisione per 19, signabat Aureum num. 2 tolleretur unitas, ut primus Circuli remaneret, idem 45 Julianus: et uterque annus primus ante Æram Incarnationis esset.

At quis Pagio dedit hanc facultatem? Num quid Graeci legem abrogarunt, ut annus 5493 primus Incarnationis computi non esset? Num quid poenituit se de electione, anni primi Incarnationis, in 45 Juliano, ubi aptata fuerat á Graecis Epocha Incarnationis, Dionisius? Hic sumpsit á Graecis primum Incarnationis annum, illum quo, quando incarnari dignatus fuit jam unus circuli decemnovenalis annus fuerat completus, hic fuit 5493 secundus Circuli Decemnovenalis, aequalis cum 45 Juliano: annus primus Circuli, seu ante Æram Incar-

non est regula Aerae. Haec inventa est 4 anno Augusti, ad 38 qui est 42 natus est Christus. 42 August. est 752 U.C. 44 Julianus. hanc regulam simplicem pervertere conantur adversarii, ut initium Aerae Vulg. ~~eam~~ esse point anno 754. at falluntur: quia 42 Aug. 38 Aerae, 752 U.C., 44 Julianus, sunt idem annus ~~qui~~ primus Christi, seu Ae. V. 43. Aug., 753 U.C., 39 Aerae, 45 Julianus.

Hujus Ae. V. Autores sunt Ecclesia et Dionysius, illa adoptavit eam, et prudenter, ut ait Bertius, ne semel receptam examinando, ob dissensiones Chronologicas, quisque in annorum supputatione propriam opinionem sequatur. Hic annus praesens est 1772 Ae. V. Romanae Aerae 2524, si ab eis detrahis 1772 remanent 752 U.C. signati ab Ecclesia ad Natalem Domini. Si Aera Hisp. usurparetur esset 1810. si ab eis detrahis 38, remanent 1772 Ae. V. D: Ergo infallibiliter 38 Aerae est 752 U.C. 42 Imperii Augusti.

2524	1810
1772	38
752	1772

Quis facultatem fecit Modernis ut supputarent primum Ae. V. annum 754 U.C.? quo loco constat, ita disposuisse Ecclesiam, ~~aut~~ Dionysium? Quis dicat Ecclesiam, et Dionysium errasse in ordinatione Ae. V. et annexione Cyclorum, qui regulae fuerunt, et sunt Ecclesiasticae Disciplinae? Non tantum minor, inventoris hujus falsae Ae. V. ~~[illegible]~~ quam propugnatorum ejus, qui ~~[illegible]~~ tam enormiter errantem non viderunt.

Ob. III. A Bertius de Theol. Discip. Lib XXIX ait Ae. V. incepisse a Consulatu Caji Caesaris, et Aemilii Pauli, anno 754 U.C. 46 Jul. 45. Augusti; Ergo 44 hujus est 38 Aerae. R/. Neg. suppositum. Ae. V. initium sumpsit

(Ex. Gr.) annus praecedens Christi incarnationis Graecorum est 5492, si his addis 285 Christi usque ad primum Diocletiani, fiunt 5777: si hos dividis per 28, apparent in residuo 9, juxta Graecos, si cupis cyclum solis nostri computi, adde 5, et exunt 14, quos pertinent ad primum Diocletiani annum. Et per nostrum computum patet, quia si á 285 incarnationis, addis 9, et dividis per 28, eundem Cyclum solarem demonstrat. Annum primum Diocletiani non fuit 284 Christi, sed 285: tot supputant Graeci, ab anno ante Incarnationis Christorum, excluso 5492, et tot nos supputamus ab excluso 44 Juliano, 752 U.C., ad primum Diocletiani, et amplius enodatum videbis in sequenti assertione.

5492	
285	
5777	28
04	206
(09)	
5	
(14)	
285	
9	
294	28
04	10
(14)	

Fallitur etiam Pagius, dum asserit, Periodum Graecam signare exactam Indictionem: hoc ideo dixit, quia crediderit, annum Graecum 5493, esse annum ante Christi Incarnationis, nescio quo momento. hoc finxit,

in uno, quam in altero computo, sunt exacta. Si á 79. quo Tyberius obiit, detrahis 753 U.C. praecedentes, eos, remanent 37. Ergo isti non sunt Æ. Vulg. nec juxta Æram Hispanicam, nec juxta Æram Communem, seu Dionisianam. Supputant [illegible] cum errore unius anni [illegible]: Pertotum Cathalogum Consularem eorum, non invenitur veritas, omnes decipiuntur, dum dicunt, Consulatum Pupii et Pontiani fuisse 238 Æ.V. quia est 239. Decipiuntur qui ajunt, Consulatum Taciti esse 276. Æ.V. quia est 277. Seducuntur, qui dicunt Tyberium obiisse anno 37 Æ.V. quia fuit 38. et sic de reliquis.

79.
753
37

Hac insertione, obscurata est, et incognita, supputatio annorum Sanct. et Antiquor. Patrum, cum verum sit, et ostendemus suo loco, eos supputare, ut hodie Æra Vulg. Dionisiana, at cum hec ab Adversariis extrahatur á suo legitimo initio, supponunt computum praecedentiae, qui non est in rerum natura, et Chronico [illegible] eorum, in Editionibus, exeunt orbata rectitudine, et veritate Chronologica.

Hic, deffectus transcendentalis est, ad omnem historiam, non poterit [illegible] veritas firmari [illegible], nisi eliminato errore, hujus falsae Æ. Vulgaris, á cujus exitio pendent, principes Epochae nostri Reparatoris, ut suo loco videbimus.

conficiunt 285 annos Cycli: 13 in Aera Diocletiani qui sunt 247 anni: Et 65 cycli, á primo magni Circuli Dionisiani, usque ad annum praesupositum 1766 Christi, qui conficiunt 1235 annos. Sic facta summa ostenduntur Cycli 93, anni eorum 1767. & detracto 1. precedentis ~~[illegible]~~ 1766 Christi.

Cycli exacti	Anni eorum
15	285
13	247
65	1235
93	1767
	1
	1766

Nota IIII: Quod S. Cyrilus supputavit Circulum suum 95 annorum, ab anno 153. Diocletiani, quos si dividis per 19, invenies eum annum esse primum Cycli Decemnovenalis, seu Aureum num 1. Ergo demonstrabiliter ostenditur, quod anni 152 praecedentes ~~[illegible]~~ Circulum Cyrilianum, conficiunt 8 Cyclos decemnovenales exactos, et evincitur, annum primum Diocletiani fuisse Aureum num. 1.

152 | 19
008.

Nota V: Quod si annos qui supputati fuerunt 247 Diocletiani, junges cum 1235 numeratis á Dionisio, ab anno 248, (qui appellandus erat Diocletiani) usque ad 1766. et secas summam per 19, invenies nihil supperesse; sic que ostenditur, eum annum 1482 ab utroque computo desumptum, habere Aureum num 19., ut habet annus 1766 Christi Dionisianus: hic notatis etc.

247
1235
1482 | 19
15: 78
(00)

+

Avertio
De Period. Graeco Romana.

Nota I.° Periodus Graeca est illa quam Graeci tatnexunt á Mundo condito, perquam supputant fastos suos. Clav. Florentinus, clav. Chron. Universali. Clav. VIII, de ea ait: Per. Graec. concordata fuit á Pagio, cum computo Latino, ex quo dicitur Per. Graeco Romana. II. Quod Latini, ponunt cum Dionisio Nativitatem Christi, anno 45 Juliano, et hunc annum, inter Graecos, esse 5433 Incarnationis Verbi. 3.° Quod annus primus Diocletiani est 5777 Per. Graec.

Nota IV. Quod ita aequata fuit á Pagio (ait id) cum Computo Latino, ut si per eam quaeratur quotuplex sit Aureus num. quolibet anno Christi, facta divisione annorum Period. per 19, á residuo auferatur unitas, et quod remaneat exit Aureus num. anni illius. V. quod solum Per. Graec. dat absque detractione, indictionem Romanam, ut et, III, quam habuit, annus primus Diocletiani. VI. Quod si inquiritur Cyclus solaris, facta divisione per 28, ad residuum addantur 4, et summa exit Cyclus solis, anni illius. Haec est adaequatio á Pagio facta, computi Graeci, cum computo Romano, cum tamen habeat per annum ante

ad Episcopos Alim. docere, annum 373 Æ. Vulg. quo 14 Luna incidit in diem IX ante Calendas April., esse Octoginta novem Diocletiani: Atqui cum ita sit, annus primus Diocletiani fuit 285 Christi; Ergo. Prob. min. Quia si á 373 christi comput. Vulg. detrahis 89, remanent 284 exclusive: Ergo primus fuit 285. Æ. V.

373
89 rest
284

Haec demonstratio est evidentissima, et inexpugnabilis, quia talis annus 373 Æ. V. habuit Aureum num. 13, á quo signatur Novilunium die 11 Martii, et ab eo incluso si supputas 14 dies Lunae, invenies eam in die IX ante Calendas April. Et confirmatur: quia 89 annos Diocletiani, si dividis per 19, invenies Aureum numerum 13, in dicto 89 Diocletiani, a quo numerata fuit Luna 14, in die IX ante Calend. April.

89 | 19
(13) 4

Prob. III: Hieronym. Chaves, Hispalens. in sua Chronograph. Tract. 3. lit. V ait: annum 323 esse 39 Imperii Diocletiani, eoque anno, á Patribus Nicaenae Sinodi, et signanter á peritissimo Astronomo Eusevio Caesariensi, inquisita, et inventa fuit Conjunctio Luminarium media in meridiano Alexandrino, sub die 28

Ateni.

Prob. II: Annus Graecus 5493, juxta eos, est annus primus Incarnationis Verbi, quia facta divisione per 19 signat Aureum num. 2, et per vos, talis annus est idem cum 45 Correctionis Julianae; Atqui talis annus 45 Julianus, juxta Dionisium et Ecclesiam, est etiam Incarnationis Verbi, primus computi eorum, cum Aureo num. 2.: Ergo si á remanentibus facta divisione, tollitur unitas, ut ponit Aureus num. 2 destruitur unitas, induciturque diversitas: Estque denominata aequatio, potius destructiva unitatis, quam inductiva unionis.

5493 | 19
46 : : 289.
47 :
(o 2)

Propos. II: Ante quam Pagius intentavet suppositam aequationem, plus aequati erant Computi Graec. et Latin. quam post appellatam aequationem, [illegible].

Prob. I: Ante suppositam aequationem per vos, annus 5493 Graecus erat idem cum 45 Juliano: hoc ita verissimum erat, quia Graecus erat primus computi Incarnationis Dominicae et 45 Julianus, erat etiam primus Incarnationis Computi Dionisiani: unus, et alter secundus Circuli Decemnovenalis, primusque Computi Incarnationis Christi: Atqui jam hoc non habemus, cum [illegible] destructiva regula aequationis

Ad II Retorqueo ipsum Argumentum. Petr. Ambrosius in Epistola ad Episcop. Aem. ait anno 373 A. V. quo luna 14 incidit in diem 3 ante Cal. April. esse annum 89 Diocletiani: Atqui si á 37. A. V. detrahis 89 Diocletiani, remanent 284 ann. Diocletianum: Ergo false tribuitur anno 284 A. V. esse primum Diocletiani, cum sit praecedens. D. inde: Si annus primus Diocletiani, per te, est 1037 U. C., praecedens eum erit 1036: Atqui si ab his detrahis 284 A. V. qui etiam praecesserunt Diocletianum, remanent 752 U.C. ante Aeram Vulgarem: Ergo primus ejus fuit, et est, 753 U.C. 45 Julianus. Computum male ordinavit Bertius, potius confirmat nostram sententiam quam objicit, potius adstruit, quam destruit.

Ad III. Reformo, et retorqueo Argumentum. Censorinus qui scribebat Librum de Die Natali Cap. 13. Ulpio et Ponciano Consulibus, (quibus dicavit opus) eundem consulatum adscribit anno Nabonasaris 986: Atqui si á ficto anno primo A. V. erroneae 754 U.C., usque ad Consulatum Ulpii et Pontiani, tantum supputatis 238 A. V. et jungitis cum 747 praecedentes, non conficitur summa annorum á Censorino supputata 986, annor. Nabonasaris, sed 985: Ergo quia nec initium A. V. utrumque est verum, nec computus exactus.

Nos supputamus á primo nostrae A. V. anno, 753 U.C. usque ad Consulatum Ulpii et Pontiani

primus Diocletiani: Ergo in aliquo aequata est cum computo Latino.

Ob. II: Iuxta A. Florez: Dionisius posuit suum annum primum incarnationis in 754 U.C., qui est 46 Iulianus. Ita 4. tom. Hisp. sacr. Append. 6. not. 3. n. 8: Ergo bene subtrahitur unitas, ut computi aequentur. Prob. antec. Dionisius posuit Nativitatem Domini in 45 Iuliano, 753 U.C., et non supputavit eum, primum sui computi annum, sed sequentem 46 a Calend. Ianuarii: ita asserit Clav. VIII fecisse cum Latinis et ita Pagius, Gravesonus, Bexius, Norisius, et reliqui Moderni; Atqui licet annus incarnationis Graecus, sit primus sui computi, cum Aureo num. 2. et sit idem cum 45 Iuliano, non ita se habet, quoad computum Latinum, quo ut praecedens, tantum habet Aureum num. 1.: Ergo cum primus Incarnationis sit 46 Iulianus, bene tollitur unitas, ut aequetur cum 45, qui ut praecedens est tantum Aureus num. 1.

Rs. Ad I Neg. suppositum anteced. Certum et constantissimum est, primum Diocletiani annum habere Indictionem Romanam 3 pro nota characteristica eius: at falsum suppositum

cletiani, et terminavit eum, in 247 quidem;
Atqui si 152 ante circulum Cyrilia-num, divides per 19, sunt 8 exacti Cycli: si tamen divides 247, in fine Circuli Cyriliani, sunt 13 exacti Cycli, quia nihil superest, divisionibus factis; Ergo quia, primus Diocletiani fuit, et est, 285 Aureus numerus 1. quia cum supputatio incipiat ab unitate, talis fuit primus 247, cum numerati omnes sint Tyranni

152 (19	
(·0·) 8.	
247 (19	
·5 : 13	
(0 0)	

Prob. VI: Quia ut diximus nota V, si in anno A. V. D. 1766 hipothesis, adhuc supputantur per Diocletianam Aeram, essent anni quo 1482: quia 247 Diocletiani, et 1235 Dionisii, ad predictum annum 1766, sunt dicti 1482: Atqui 1766 A. V. D. non conficerentur, nisi additis 284 Christi, ante 1482 Diocletiani: Ergo hi praecesserunt Aeram ejus; primus que est, et fuit, 285 Christi, Aureus num. 1. Et confirmatur: quia si 284 addis 1. ut docet Dionisius, seca que summam per 19., invenies annum illum 284 esse Aureum num 19. Ergo annus 285, primus 1482 Diocletiani, si ab eis suputaretur, fuit, et est, Aur. num. 1.

$$\begin{array}{r} 1482 \\ 284 \\ \hline 1766 \end{array}$$

$$\begin{array}{r} 284 \\ 1 \\ \hline 285 \lfloor 19 \\ \cdot 9 : 15 \\ (0\,0) \end{array}$$

interrogo, posuerunt Incarnationem? In an-
no 46 Juliano sequenti? Tam bardi fuerunt Latini, et Dionysius, quod docuerunt Christum prius fuisse natum quam conceptum? Quis habe crederet de maxima eruditione Dionisii, et Latinorum?

Si Ergo Dionisius locutus fuit de Nativitate Salvatoris, in erectione sui magni circuli (quod non ita fecit; supponuntque, qui pervertere conantur sententiam ejus) et posuit Natalem Domini, in 45 Juliano 753 U.C. ibi quoque posuit Incarnationem. Fingunt Adversarii locutum fuisse de Nativitate, ut exordium sumeret sui Computi sequenti anno 46 Juliano, at cum seductione, quia Dionisius dixit: magis elegi ab incarnatione Domini Nostri Jesu Christi annorum tempora praenotare. et ita fecit: Anni sui sunt Incarnationis: primus sui computi est ille, quo incarnari dignatus est: Hic est 45 Julianus, cum Aureo num. 2. Cyclo solis 10. Litera Domin. B, quae signat 25 diem Martii, qua humanam naturam assumpsit. Feria sexta. et 25 Decembris qua ortus fuit sol Justitiae Christus Deus noster, Dominica.

Propos. III. Annus primus magni Circuli

si à 531 Christi, quo finivit etiam Magnus Circulus, addis 1, ut sit primus, novi circuli Dionisiani, erunt 532 Christ. si eis addis 9 (ut docet idem Dionisius, suo canone cronologico, ad inveniendum Cyclum solarem cujuslibet anni Christi) summamque dividas per 28, invenies Cyclum solarem 9.: Ergo si hoc signo habuit annus primus Diocletiani, inferrur, esse, et fuisse Aureum numm. 1. esse que, et fuisse 285 Christi, quia si á 532 Christi, quo exorsus fuit Dionisius, detrahis 248 Diocletiani supputatos usque ad inclusum primum Dionisii, qui fuit 248, remanent 284 exclusive ante Diocletianum, primum que tiraniesse 285.

	532
	248
	284

Ex praecedentibus argumentis deducitur allia verissima conclusio, rectitudinis exordii Ai. V.D. Adversarii propugnant, non sine errore, ut enucleavimus in exornatione nostri Cathalogi Consulum, annum primum Diocletiani esse 1037 U.C. nos nimirum recte dicimus etiam esse 1037 U.C. Ergo annus precedens est 1036 juxta omnes: at si detrahis ab eo, 284 praecedentes Diocletianum, computi Christi remanent 752 U.C. Ergo infalibiliter primus Ai. V. D. fuit, et est, 753 U.C., 45 Julianus.

Obj. I

Incarnationis cum circulo decemnovenali 2 fuis-set etiam inter Latinos, primus computi Incarnationis cum circulo decemnovenali 2. Cum autem inter Graecos hic annus esset annus 5493 cum Aureo num. 2 et etiam haburent ut aequalem annum 45 Julianum, quo Incarnationem Dominicam, etiam haburunt, Inde est quod Dionisius in translatione Calendarii, transtullit annum Incarnationis Graecum, cum Aureo num 2, ad nostrum computum et 45 Julianum, qui est 753 U.C. et reliquit eis suam supputationem per suam Periodum.

Sicut Dionisius elegit primum computi Incarnationis annum cum Aureo num. 2 in 45 Juliano, aequali cum	5492 | 19 16 : : 289 17 : (o 1)

5493, ita elegit primum annum Circuli etiam aequalem cum 5492 qui inter Graecos est primus Circuli, 44 Julianus, ut esset primus, Magni Circuli Victoriani antecedentis, ut vere fuit. Sic, quod Graeci, et Latini, aequo animo processerunt in exordio computi annorum Incarnationis

Christi

~~[illegible]~~ num Computata, invenies 283 Christi, an. Diocletiani Aeram.

Et Confirmatur: quia R. Bernius (cum Vossio, Pagio, Petavio et uno verbo omnibus Chronologis) suo Brev. Chron. Lib. 1. Cap. 12 ait annum 247 Diocletiani esse 530 Christi: sicque Dionisius inchoavit anno Diocletiani 248, Christi vero 531. ut Idem Dionisius declarat, et docet Venerab. Beda: Ergo cum Vulgaris Aera non pendeat á Doctorum opinionibus, sed á sententia Autoris ejus, et Ille ita doceat, et idem V. Beda, cui tribuitur etiam á Criticis confectio Aerae Vulgaris, hocantum, propugnandum est.

Rs. Ad I Concedo antec, et neg cons. Nam ex quo Diocletianus renuntiatus fuisset Imperator, anno, et consulato dicto, non sequitur quod ille annus fuisset, primus sui Imperii, et Aerae. Ratio est: quia in numerandis annis Cujuscumque Imperatoris juxta omnes Chronologos, sumitur illa pars anni, qua plus habuit Imperii. Diocletianus ingressus fuit in Imperium 15 Calend Octobris, seu 17 die Septembris, anni 284 Aerae Vulg., á qua die illius anni, ad ultimam

nationis fuit 5492 aequalis cum 44 Juliano. Hic annus Graecus habet, facta divisione, Aureum num 1. primus Circuli Decemnovenalis. Idem Consideravit Dionisius in 44 Juliano, 752 U.C. Hoc fecit Dionisius: ad hoc accessit Ecclesia; Quis hoc alterare poterit?

5492	19
16 : :	289.
17 :	
(o 1)	

Non minus rejicienda est, regula aequationis, circa solarem Cyclum. Jubet ut annos 5493 Graecos addantur anni Christi, et 4. ut facta divisione per 28, residuus sit Cyclus solaris anni illius: at erronee docet, quia tam quoad Graecos, quam Latinos, annus 5493 non est praecedens Computum, sed, primus Computi, praecedens est 5492. Hic essentialiter est Aureus num. 1 debet etiam esse juxta canonem Dionisii Cyclus solaris 9. si 5492 dividuntur per 28 remanent 4, et cum esse debeant 9, addendi sunt 5. ut aptetur Cyclus solis 9. sic in qualibet allia indagatione annis Christi, adendi sunt 5492, et 5, facta que divisione in residuo invenies legitimum Cyclum solarem

5492	28
26 :	
17	
(o 4)	
5 ad.	
(9)	

buit 3 menses, et dimidium, in sequenti ex- [alterius]
plebit annum, cum 8 mensibus et Dimidio [alterius] ium
quis Chronologice loquendo, dicat primum ejus
annum non esse 285? Clarius: Aera Diocletia-
ni ita dicta est a Graecis, quia exordium sum-
psit ab anno primo Cycli Decemnovenalis: ab
ipsis Graecis comprobatur, cum dicunt,
S. Cyrillum [inivisse] suum circulum 95, ab anno 153
Diocletiani, et ex hoc evincitur, primum Dio-
cletiani fuisse primum Cycli; 153 Diocletiani
primum Circuli Ciriliani, et primum Cy-
cli noni Diocletiani. Sic cum nos supputa-
mus, primum annum Diocletiani, supputa-
mus illum, quem per totum habuit Auxeum
num unum, , potissima ratione, et
fundamento, ut est: quod Graeci, nobis confor-
mes [cum], supputarint illo anno primo, a Ca-
lendis Januarii 285, usque 29 diem Au-
gusti.

Cum tamen nec Ecclesiae, nec nobis com
veniat usus alterius anni, quam Juliani,
Inde est, (ut diximus, et Chavei) quod
quando Dionisius, ex mandato Ecclesiae, et
Justiniani Imperatoris, transtulit Calenda-

rium

cum irrefragabile vit. annum 5493, primum Incarnationis esse, et quod licet facta divisione per quindecim, Indictionum 3 ostendat, haec non est nota characteristica anni primi computi, quia justa Canonem Chronologicum Dionisii, debent quatuor esse indictionis. Iusta Veram Aequationem Periodi Graecae, cum computo Latino, addendus est unus, et facta Divisione, apparebit legitima Indictio

5493
1
5494 ⌊15
09 : : 366
09 :
(04)

(Ex. Grat.) sciamus Indictionem anni primi Diocletiani: Radicem computi 5492, adde 285 Christi, et unum plus, fiunt 5778: divide per quindecim, et invenies in residuo 3., Haec est Indictio anni primi Diocletiani. Hec est Vera aequatio computi Graeci, cum Latino, per quam Periodus Graeca, exit Graeco Romana, et apta ad usum Latinorum. Aequatio Pagiana, ut diximus, appellanda est destructio unitatis, computi utriusque.

5492
285
1
5778 ⌊15
12 : : 385
07 :
(03)

annorum, non plus accurrit unis, quam alterio: ~~it~~ cum autem supputent annum deficit ei quem sol non constituit, inde etiam est, quod habeant annum unum deffectus, in 1766, defficiat eis Aureus num. illius anni 19: quae suppo 18 nitur falsum. Negatur etiam suppositum, quo docetur, Dionisium inivisse suum Magnum Circulum 532 annor. in Christi anno 531., Hic error, et suppositio est inventionis Adversariorum, quia Dionisius supputavit 284 annos Christi ante Diocletianum, et 247, hujus, qui sunt 531. Christi, ~~[illegible]~~, et cum 1. Cycli ante computum 532 Cycli. ~~Volui~~ Voluit enim, Dionisius, ut absolveretur primus Magnus Circulus Victorianus, ante quam exordium sumpsisset, secundus suus, quem scripsit, abolita memoria Tyranni, anno 248 illius, quem appellavit 532 Incarnationis D.N. Jesu Christi.

Ad prob. nego suppositum maj. quod annus primus magni Circuli fuisset Aureus num. 19, quia non fuit nisi Aureus 1., Cyclus solaris 9. ut fatetur Florez. Clav. Chron. Univ. clav. VIII ubi ait, Dionisium sumpsisse pro radice, et fundamento sui computi, et Aerae, Aureum

†

Assertio.

De primo Aerae Diocletiani Anno.

Nota I. Quod jam vidimus textum Dioni sii Autoris Aerae Vulgaris, sic loquentis: Sua 3. Cyclus primum sui circuli annum, ab anno 153 Diocletiani incoepit, et in 247 ejusdem terminavit, nos magis elegimus ab Incarnatione D. N. Jesu Christi, annorum tempora praenotare: sic qui esse debuerat annus 248 Tyrani supputavit 532 Incarnationis Domini.

Nota II: Quod summimus pro thesi hujus Assertionis, annum 1766 Ae. Vulg. D., utpote notarium omnibus est, habuisse Aureum numerum 19, ultimum Cycli Decemnovenalis: sic invenies in Margine

1766
1
1767 / 19
.o5 : 93
(oo)

Et sic evidenter scimus, quod a primo Ae. V. anno ad 1766, uno addito ad Calculum circuli Decemnovenalis, qui praecesit eam, confieiuntur Cycli Decemnovenalis exacte juste 93, ut clarius demonstracionib ostendentur.

Nota III. Quod hii 93 Cycli, ita supputati fuerunt: 15 ante Aeram Diocletiani, qui

Ut Instantia concludat, ostendantur Verba, et locus, quo scriptae, aut prolatae fuerunt: alli ter negatur suppositum. At quomodo ostendent, si Dionisius et Beda contrarium docuerunt? Beda, in Lib. de Natur. Rerum Cap. 44. ait, Primus „Cycli decemnovenalis secundum ordinem tem„porum, signatur juxta Graecos in principio „annorum Diocletiani: At Dionisius Venec Ab„bas Romanus, utraque lingua tam Graeca, qu„am latina, ornatus, et plenus scientia, noluit „ut testificat, circulis suis memoriam Impii „persecutoris innectere, sed magis elegit ab Incar„natione D. N. J. Christi annorum tempora „praenotare: Sic primus sui circuli annus, pos„suit pro capite, anno Quingentesimo trige„simo secundo Incarnationis Domini; docens „quod annus secundus sui Circuli, fuit ille „quo supputatus fuit primus Dominicae In„carnationis.

Hoc docent Dionisius, et Beda: Quod annus primus sui magni circuli, fuit 532 Christi, Aureus numerus unius, sui primus: q. secundus sui Circuli, fuit ille, quo incarnari dignatus.

Propos. I: Annus primus Æ. Diocletiani, seu Martyrum Alexandrinorum, est, 285 Æ. V. D. 1037. U.C.

Probat. I Annus primus Æ. Diocletiani, est ille qui habet Aureum num 1. ut ostenditur nota IV; Atqui annus 285 Æ. V. est qui habet Aureum numerum 1, et non ut contendunt Adversarii, 284: Ergo. Probatur, min. S. Beda in Libr. de Natur. Rer. Cap 47 ait: Denique Dionisius in Paschalibus quos scripsit argumentis, ostendit, ubi ad inveniendum quotus sit annus circuli decemnovenalis, summere annos Domini, et prius quam hos per 19 partiantur, unum praecipit adjicere, significans illo incarnato, unum circuli decemnovenalis annum jam fuisse completum. Atqui si 285 Christi, addis 1 jam completum, ante primum incarnationis computi Dionisiani, secas que summam per 19, invenies, anno 285 Christi, Aureum num 1, quem habere nonpotest 284, ut Adversarii contendunt: Ergo annus primus Diocletiani, seu Æ. Martyrum Alexandrinorum, fuit 285 Æ. V. Dionisianae, & non 284.

$$\begin{array}{r} 285 \\ 1 \\ \hline 286 \,\big|\, 19 \\ 09 \,\vdots\, 15 \\ (01) \end{array}$$

Prob. II: Bertinus Libro 29 de Theolog. Discip. Disert. 1. Cap II ait: Ambrosium in Epistola

fuit 533 Christi in omnibus, cum pri-
mo incarnationis seu computi ejus an-
no: Nam ab omnibus fatetur, primum
computi annum habuisse Aureum num.
2, Cyclum solarem 10: Idem que habet
533: quia si Period. Julian. 4713 ante
Æram, addis 533 conficitur summa
5246, si eam secas per 28, invenies Cy-
clum solarem 10., si per 19 invenies Au-

4713	
533	
5246	28
24	187
20	
(10)	
5246	19
14	276
14	
(02)	

reum num. 2., Hic Aureus num. 2 anno primo
incarnationis, signavit Novilunium die 12 Mar-
tii; et si ab inclusa ea, supputas 14 dies Lunae,
invenies decimam quartam VIII Calend. Aprilis,
seu 25 die Martii: Idem invenies anno 533. Ille
primus annus habuit concurrentem septimanae
quintum, seu Literam Dominicalem B, pri-
mam post bisextilem., Iste 533, idem habet. Ille
habuit Dominicam Paschalem VI Calend. April.
Iste 533, idem.

Ex his sequitur, quam false, et injuriose 2.
scribuntur Dionisio, inisse suum Magnum
Circulum 532, in 531 Christi; et Bedae quod ita
docuisset, cum ii doctissimi Venerabiles sint Lumi-
naria magna Chronologicae eruditionis. At si
his demonstrationibus, et doctrinis, satisfacti non
sunt.

mensis Aegiptii Toth, qui in nostro Computo Romano fuit 23 Januarii, horis 5, minut. 3, post Merid. Ideo que, anno illo 323, positus fuit Aur. num. 1. die 23. Januarii: ut hodie videmus in Calend: Ecclesiastico Nicaeno; Atqui si a 323 A. P. D. detrahis 39 Diocletiani, remanent 284 exclusive ante Diocletianum: Ergo primus hujus fuit 285 A. P. D. Et. Confirmatur: quia si 39 Diocletiani, seccas per 19, remanet. 1. qui est Aureus num. anni 323 A. P. D. 39 que Diocletiani; quia idem sunt.

323	
39 rem.	
284.	
39 | 19	
(o 1.) 2	

Prob. IV: R. P. Flor Clav. Astron. Univers. Clav. VIII ait: Dionisium surripuisse Aureum num. 1. Cyclumque solarem 9. quos habebat annus primus Diocletiani, ut essent fundamenta exordii sue Aerae Incarnationis, sic que, posuit anno uno ante Aeram, Aureum num. 1., Cyclumque solarem 9.; Atqui Dionisius, ex mandato Ecclesiae, transtulit Calendarium Graecum, (quo anno primus Diocletiani, erat Aureus 1,) ad Latinum, absque variatione Aurei numeri: Ergo

Prob. V: S. Cyrilus, ut notabimus, coepit suum Cyclum annorum 95, anno 153 Aerae Dio

~~[struck out]~~, ~~[struck out]~~, Aerae Diocletiani, in anno 285 Christi, seu Ae Dion: et principium hujus, in 753 U.C. 45 Juliani: quia cum omnes fateantur, Dionisium supposuisse ad exordium sui magni Circuli 248 annum Diocletiani, et aliunde constet primum magni Circuli annum, fuisse 532 Ae V. Incarnationis, si a 532 detrahis 248 Diocletiani, remanent exclusi, et ante Diocletianum 284 Christi: Cum vero a Consulatu Caesaris et Pauli: ~~ad~~ ~~[struck out]~~ anno 754 U.C. 46 Juliano, inclusio, ad exclusum Consulatum Carini Ae II et Numeriani Aug. II, tantum supputent 283, necessum est, ~~[struck out]~~ in uno anno ~~[struck out]~~ retrocedant, ut ~~[struck out]~~ ad annum 753 U.C. 45 Juliano, perveniant; ibi que summant exordium legitimum Aerae, sicut ~~ut~~ Dionisius fecit, et docuit simul cum ~~[struck out]~~ Beda, ut non serpunt errores, per suas Chronologicas operas, signanter priscis illis saeculis, a Dominica Incarnatione sequent.

	532
	248
	284

Et Confirmatur: quia Adversarii dicunt, annum primum Diocletiani fuisse 1037 U.C: Ergo precedens fuit 1036: Si ~~[struck out]~~ eis addis 248 Diocletiani fuint 1284: annus 248 Diocl. est 532 Christi, et si hos detrahis a 1284, remanent 752 U.C, ante

	1036
	248
	1284
	1284
	532 resta
	752

Etiam

Prob. VII: Ut diximus juxta A. Flores.
Dionisius sumpsit Aureum num. 1., et 284.
Cyclum Solarem 9, quos in Calendario 247
Graeco habebat annus primus Diocletia 531 christi
ni, ut fundamenta exordii essent sui 1
Magni Circuli 532 annorum: siq[ue] 532. cycli
Videmus signatum annum ante A. V.
Aureo num. 1. Cycli solari 9. Magni idem
notamus in anno 532 Christi, qui est
primus Magni Circuli, quem Dioni- 532
sius scripsit, anno 248 Tyranni, aboli- 1
ta memoria ejus et assumpta Incarna 533 | 19
tionis Dominicae: Ergo. 15 : 28
Prob. maj. quoad secundam partem, (01)
per demonstrationem: Inprimis si jun
gis 284 A. V. ante Diocletianum, et
247 iterum, ante Magnum Circulum
Dionisii, fiunt 531 Christi. si addis 1., 531
ut docuit Dionisius, habes magnum 1
Circulum primum 532 absolutum an 532 9
te quam Dionisius inciperet suum, abo 541 | 28
leret que memoriam Tyranni. Nunc si: 26 : 19
si 532 quo finivit primus magnus (09)
Circuli addi 1. qui erit primus Dionisii,
et seccas, per 19, invenies Aureum num.
1. primum Magni Circuli a Dionisio exorsum.

Hec est sententia Computi Ecclesiae, et Dionisii,
Hec est regula Disciplinae Ecclesiasticae, per hanc regulantur festivitates, jejunia, quadragesima, &cc. Justitiae, Politiae, bellorumque facta, perpetrantur. Sicque si [illegible] Constantem radicem 752 U.C.: addis 285 annos Christi, usque ad inclusum primum Diocletiani, numerus 1037 cum esse, et quod nec plus, minusve, esse potest.

752	
285	
1037	

(Non debere curari media, quibus improbabilis inventa Cti, erroribus convicta, praestetur; cum Cti Vulgaris Dionisiana, omnibus vitiis objurgata, verax, et exacta inveniatur, sane dignum nostrae admirationis est, quod á peritis Modernis haec veritas [illegible], et nihilominus, absque solido fundamento ab ipsis in pugnetur. A Bertino, vere Peritissimo, in suo Breviario Chronolog. Cap 12, cum Norisio, Pagio, et Petavio, ait: annum 247 Diocletiani, esse 530 Christi; quod cum á 248 Diocletiani, Dionisius suum magnum Circulum inchoaverit, annus primus sui circuli, fuit 531 Christi, ut vidimus in Argumento II: Itaq, resolvimus ostendere inconsequentiam doctrinae ejus, cum fastione Veritatis.

Ob. I: Ex communi omnium tam Theologorum quam Chronologorum et Astronomorum sententia, ut verum et certissimum habetur, quod Diocletianus renuntiatus fuit Imperator, et adeptus fuit Imperium, anno 284 Ae. Vulg. Consulatu Carini A. II Numeriani A. II: Ergo hic annus fuit primus eius Imperii, non 285.

Ob. II: Nos supputamus á primo Ae. V. ad inclusum primum Magni Circuli Dionisii, 530 annos, non 531. et ab incluso primo Magni Circuli Dionisiani, usque ad 1766 Christi, 1236 annos Dionisij; quos si iungimus, ad 530 Christi fiunt 1766 Ae. V. D. absque alteratione Aurei numeri: Ergo.

Probat. ant. 530 est, absque dubio, Aureus num. 18; Ergo primus Magni Circuli Dionisii fuit Aureus num 19: Atqui si 1236 quos supputamus Dionisii, seu Magni Circuli eius, usque ad 1766., addis 18 Aur. num. praeced. Circuli, conficitur summa 1254 Dionisij, in 1766, et si secas eam per 19, signat Aureum num 19, ut habet annus 1766: Ergo annus primus Diocletiani est 284: quia si á 531 primo Dionisij detrahis 248, quos exortus fuit Dionisius	1236 18 1254 | 19 .11 : 66 (00) 530 1236 1766 531 248 rest. 283

„ et diu in publicis instrumentis; Florentini aliique, imo Pisani, ad nostra usque tempora, unum annum Aerae Conceptionis Domini addiderunt, fortasse enumerationem illam secuti, Cycli decennovenalis, cujus praecesserat unus annus, quando facta est Incarnatio, ut inquit Beda, praecitato Cap. 45 in Libr. de Argument. Lunae pagin. 215.

Cap. VII. ait: „Iam si vero Cyclus solis 28 multiplices, per Cyclum Lunarem 19, resultat summam 532. quae summa Periodus Victoriana, seu Dionisiana appellatur. Est autem Period. haec proprietas: quod iidem Solis, et Lunae Characteres, non nisi transacto illo annorum circulo 532, simul concurrant. (V. g.) Annus primus Aerae Christi fuit Cycli Lunaris 2. Solis 10, nec una simul reddierunt similes Cycli, nisi anno 533 ineunte.

[illegible] regulas assignabimus certiores ex his [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] authori tatum

Decembris, tantum habuit 3 menses, 14 que dies.
Cum autem in sequenti 285 A. V. habuisset
8 mens. 16 dies; inde est, quod annus reputatus
primus Diocletiani est 285.

Adhuc si loqueretur stilo Graeco, annus
primus ejus esse poterat nulo modo ~~[illegible]~~ 284 A. V.,
quia omnibus est notum, quod Graeci initium
sui anni sumebant á die 29 nostri currentis
Augusti, finiebant que eum, 28 ejusdem men-
sis, anni sequentis nostri: Cum autem Dio
cletianus introiset in imperium jam elapsis 20
diebus anni Graeci 5777, qui per totum, jux-
ta stilum suum, habuit. Aureum num.
1, et hic annus, comparetur cum nostro 285,
qui eundem habet: sicut 5776 qui ~~[illegible]~~
habet Aureum num. 19 comparatur cum
284, qui eundem havet ~~[illegible]~~ inde est quod
juxta stilum Graecum nihil habet annus
noster 284, circa denominationem primi
Diocletiani.

Preterquam quod questio non est de Epocha, seu
die qua appellatus fuit imperator, sed Chro
nologice de illo anno, qui appelatur primus
sui Imperii, et Aerae; in 284 tantum ha

exactitudinem ejus, quia omnia media ejus, cum
confessionis adversariorum, absque refugium, solu-
tionis, congruenti, quia nervus, et substantia argu-
menti, oborta est á Censorino, omni affectione orbata.

Ad IV solutionem invenies exuberantem, in
tom. nostrae Clavis Chronologicae Universalis,
et sequentibus assertionibus.

rium Græcum ad Latinum, conformavit se cum eis, 53
quoad Circulum decemnovenalem, á Calendis
januariis usque ad 28 nostri Augusti, quo-
tempore, idem erat Aureus num. Utriusque
Computi: ~~[...]~~ vero ab illa die acrescerunt uni
tatem, in eo, Græci; Dionisius, autem absque varia
tione, continuavit, ~~quod~~ ~~[...]~~ superfuit anni Juliani,
nostri usus. Sic pertotum annum Julianu
284 Æ.V., habemus Aureum num 19, per
totum 285 Aureum num 1. observata legiti
ma sede, uniuscujusque Aurei num.

Ad II & I Quod cum constet Ecclesiam
Romanam, Dionisium que, initiise Æram Vul
garem, anno 753 U.C. 45 Juliano, Consulatu Cor
nelii Lentuli, et Calpurnii Pisonis, annum que
ante Æram eorum fuisse 752 U.C. 44 Julia
num, quod á nullo negari potest, et fatetur
Bertius: et Chronologi omnes, propria nulla
autoritate ducti, exordium ejus supponant,
~~[...]~~ defectu unius anni, in 754 U.C., inde est
quod pari passu ambulantes, ab uniuscujus
que principio, numquam adversarii in 1766 Æ.
Vulgaris supputare potuerunt, plus quam 1765
annos sui computi: quia Sol, regula infalibilis

Sed adhuc restat solutio alicui dificultatis
scilicet, ut sciamus, quis numero sit annus pri
mus Incarnationis Dominicae: Nam vel erat an
nus 753 U.C. 45 Julianus, vel 754 U.C. 46 Julianus
quia hoc non determinat: Et si est 753 U.C. 45 Jul.
et Ecclesia adhibuit hanc Ae. Dionisianam, absque
fundamento intendunt Contrarii, ut supputetur
ab anno sequenti 754 U.C., quia nullus potest eo
antiquare Aeram ab Ecclesia semel receptam.

Adjam pro A. Bertio respondet alter Candidis
simus Augustinianus, ejusdem sententiae, P. Flores.
Tom 4 Hisp. sacr. Append. 6. n. 4 ibi: Dionisio el
„exiguo anejó el primer año del Redentor al año
„en que fueron Consules Cesar y Paulo, que es el
„46 Juliano. (N.B.) en esta consideracion anejó á dho
„Consulado la Encarnation y Nacimiento del verbo
„porque en aquel mismo año en que puso la Encarna
„cion, fue el Nacimiento, a los nueve meses siguien
„tes, esto es á 25 de Diciembre. Nosotros no conta
„mos hoy como Dionisio, pues ni empezamos por
[illegible] el año, por 25 de Marzo; ni por 25 de Dizie

num. 1. Cyclum solarem 9. quem habebat in Graeco, annus primus Diocletiani.

Ad secundam probationem, et autoritate Pagii, et aliorum desumptam, etiam nego suppositum, quod Dionisius, nec Beda docuissent, ille in Epistola ad Petronium, et iste in Libro de Natur. Rer. Capit. 45, nec in alio loco, quod annus 248 Diocletiani esset 531 Christi, nec Aureus 19. Haec est gravissima Injuria contra eruditionem, peritiamque Astronomicam Dionisii, qua plures Chronologi imputarunt ei, deffectum passum fuisse ignorantiae.

Dionisius deputatus fuit á sede Apostolica, Imperatore erat Justiniano, ut ait Corduben-sis Serranus, ad formationem sui Magni circuli, statuendos que Canones et Argumenta Paschalia ut Controversiae excitatae inter Patres orientalis, Occidentalisque Ecclesiae, sedarentur: si enim peritissimus non fuisset, nec deputaretur ad tam magnum, patrandum opus. Itaque credendum non est, commisisse absurdum, incipiendi magnum suum circulum anno 531 Christi, Aureo num. 19, quia necessarium antecedentem, absolvere ut sumi acciperet exordium.

Sextiam Parte Dionisius posuit Incar-
nationem, et Nativitatem in 754 U.C. et cum Æra
ejus fuisset Incarnationis, ibi numeravit primum
sui computi annum; atque tuus computus parte nec
est incarnationis, nec Nativitatis, sed summis
exordium á Calendis Januarii anni sequentis,
cum augmento unius unitatis, et nihilominus, non suppu-
tas eosdem annos ac Dionisius: implicas in termi-
nis, et suponis falsum; quia si Dionisius suppu-
tat primum Incarnationis annum in 754 U.C.
et tu á Calend. Januar anni sequentis; tuus pri-
mus annus Computi erit 755. U.C. falsumque erit aug-
mentum unitatis ad computum. cum minus in eo
unum annum habeas; et perconsequens falsum etiam
quod supputes eosdem annos ac Dionisius.

Quarta Parte, defectu unius an-
ni exordii computum implicat quod Dionisius á
Calend Januar anno 1748 usque ad 24 Martii suppu-
tasset 1747, et tu 1748, incipiens cum supposito defectu unius
ani. incontrarium aptanda est reflexio tua.

Quinta, quia ipse affirmat, se quoad
computum, supputare annos juxta sixthema Dio-
nisii, desinens annum Incarnationis Dionisii, mi-
nue simul computum annorum in sequenti, et propugnare

dignatus fuit, hoc est 533 Christi, 534 sui magni Circuli, correspondens anno illo, quo fuit incarnatus. Aur. num. 2.: hac de causa docuit, quod annis Christi, ante quam dividantur per 19., addatur unus, significans, illo incarnato, jam unum circuli Decemnovenalis annum fuisse completum.

Clarius (si clarius dici potest) docetur ab ipsomet Beda Cap. 47. Lib. de Natur. Rer. ibi: „Quia ergo secundo anno Circuli, quem „primum Dionisius scripsit, Quingentesimus „trigesimus tertius completus est annus, ab in„carnatione Domini: Ipse est nimirum juxta „Concursum Syclerum, ille in quo incarnari di„gnatus est: Quia hic est secundus annus Decem„novenalis, Octavus decimus Cycli Lunaris (Ro„mani) XI habens epactas: V concurrentes septi„manae: Dies Lunae Paschalis VIII Calend April. „Omnia tunc fuere similia.

Jam ~~Gi...~~ luce solis Clarius videtur, quod annus 533 computi incarnationis Dionisii, fuit secundus sui Magni Circuli, seu Aureus numerus 2. ut fuit primus Erae Incarnationis; et quod aequalis ...

seu Romanus, in computo, unum incrementi annum habent, quem, qui inventarunt exordium Aerae Vulg. appellatae, sub titulo Nativitatis Dominicae, a' Calend Januar. anni 46 Julian. non haberent.

Prob. antec. Porro, annus praesens 1772 est annus 1773 Cycli (addito uno qui expletus supputabatur, quando Incarnatio facta est) Hic annus est U.C. 2524. si ab eis detrahis 1773 Cycli remanent ante eum 751 U.C. Ergo primus Cycli fuit 752 U.C. 44 Julianus, Secundus Cycli, primus Incarnationis Domini fuit 753 U.C. 45 Julianus; Atqui Vos supputatis primum computi Vestri annum, in sequenti 754 U.C. 46 Julian. Ergo Computus Incarnationis Dionisii habet annum unum incrementi quem in vestro non habetis: Ergo false etiam asseritis vos supputare annos Incarnationis eosdem, ac Dionisius.

	2524
	1773
	751

Si Adversarii conformarentur cum sententia, et Computo Ecclesiae, mirabiliter docerent, Aeram Vulgarem, et Aeram Dionisianam eandem esse, eodemque anno inchoari. Ratio

audiant iterum S. Bed. in Libr. de Tempor. Ratione Cap. 22 ubi in sua Chronotaxi, ad sextam aeta tem, ait: Justinianus (regnavit) annis XXXIX huius sexto anno, Dionisius Paschales Circulos inchoat.

Epocha Justiniani omnibus nota, et certissima est: nam juxta Patres Bolandos acclamatus fuit Imperator vivente Justino majore, Fer. V. in Coena Domini, prima Aprilis die, anni 527 Ae. V. D., qui habuit Aureum num. 15 Cyclum solarem 4, Literam Dominic. C., per quos Characteres, fuit dies Conjunctionis 19 Martii: Dominica Paschalis 4 die Aprilis, ergo dies Feriae V in Coena Domini, Calendis Aprilis. Sic annus sextus Imperii Justiniani, fuit 532 Christi, seu Incarnationis Dominicae: sic ut ait Beda, illo anno Inchoavit suos Paschales Circulos, ille, et habuit Aureum numer. 1, Cyclum solar. 9, bisextum, Liter. Domin. D.C. ut habuit primus ante Aeram Vulg: Ergo in sequenti 533 Christi fuit Aureus num. 2 Cyclus sol. 10 ut habuit primus Incarnationis Christi annus, antecedenti Circulo absoluto, in 531 Christi, 532 Circuli.

Ex dictis evidentissime infertur principium

at, Adversarius, tantum vociferatur: Ecclesia supponit cum Dionisio, Ecclesia cum Dionisio supputat ab anno 754 U.C.; sed non ostenditur locus quo supposuit, aut dixit: cui credemus? spiritus Ecclesiae, fuit spiritus Dionisii, ut supputaretur per Epocham Incarnationis, Dionisianae, non per Nativitatem; quare nec Dionisius eam statuit, nec ad eam accesit Ecclesia.

Quis non mirabitur de absurdo Dionisio imputato, scilicet, quod posuisset natalem Christi in 753 U.C. 45 Juliano, et in sequenti 754 U.C. incarnationem? Aliud mayus ex eo sequi non potest [illegible] et Patet, quia si Incarnationem posuit in 754 U.C., ibi posuit et Nativitatem, quia utraquae eundem annum agnoscunt. Ergo Commisit absurdum, in consignandis duobus Natalitiis Christi, in una tantum Incarnationis Epocha; Quis de peritissimo Dionisio, aut Beda hoc praedicabit?

Dionisius, per vos omnes, non posuit, sed ex consequenti, supposuit, Natalem Christi in 753. U.C.

Aeram Vulgarem Dionisianam: ergo primus hujus, infallibiliter fuit, et est 753 U.C. 45 Julianus, juxta Doctrinam Autoris ejus.

Remanet [redacted] convictum falsitatis, Argumentum secundum, et probationes ejus, ac doctrina [redacted] qua fundatur deceptoria [redacted] est chronologiae. Sed nec scrupulum remaneat in mente Adversariorum, in propugnando exordio Ae. V.D. anno 754 U.C. Jul. 46. hoc quod tantum objicere nobis possunt; expendemus: si anni 284 [redacted] Diocletianum, praecedentes, [redacted] addendi sunt [redacted] 753 U.C.: tunc [redacted] annus primus Diocletiani, erit 1038 Ae. Vulgaris, et nulla erit solutio nostra.

[redacted] respondemus, quod Ecclesia; et Tabulae publici Computi, praestant solutionem. Illa: quia in Calenda, et Martyrologio, ait Christum natum fuisse anno U.C. 752: a Creatione mundi 5199 haec est Radix, et fundamentum Computi Vulgaris: si [redacted] 752 addis 1772 in praesenti anno, erit 2524 U.C. 1772 Christi Incarnationis: si [redacted] 5199 addis 1772 etiam invenies 6971 Ae. in 1772 Incarnationis, si respicis Calendarium, Ductum proselytorum, Mansteri sees: ibi invenies hunc annum 1772 Incarnationis Dominicae esse 2524 U.C. [redacted] 6971 Ae.

752
1772
2524
5199
1772
6971

non, ut false supponitur ab Adversariis, in Sa. Christi patet; quia 532 fuit similis primo Cycli ante Incarnationem, et 533 secundus Cycli et primus Christi, similis illo quo incarnatus fuit. Cum tamen annus 532 fuisset idem, cum 248, qui erat appellandus Diocletiani, si hos detrahas á 532, remanent 284 Christi, exclusive, ante Diocletianum. Et si hos detrahis á 1036 U.C. ante Diocletianum etiam invenies 752 U.C. ante Æ.V.D.: Ex quibus evincitur, falsum suppositum contrariorum, scilicet quod Æ.V. exorsa fuisset ab anno 754 U.C., et quod primus Diocletiani annus esse posit 284 Christi, cum sit praecedens.

532
248 rem.
284

1036
284 rem.
752

Aliud momentum oritur, exquo dicitur: Graecos Anthiochenos, á Mundi exordio, usque ad Incarnationem Domini, enumerasse annos 5493. Anthiochenos, et Constantinopolitanos, Incarnationem, et Nativitatem, consignasse anno 45 Julian. Atqui Dionisius, aut Beda, secutus fuit rationem Ecclesiae Orientalis, quoad computum: Ergo Dionisius, aut Beda Incarnationem et Na

Cod. tom. 1 Breb. Chron. Cap. 8. circa Periodum Graecam, dicis: Addamus non nulla per Graec. Roman.
„quam exornavit, ad Latinorum usum accomoda-
„vit Antonius Pagius. Juxta Aeram Ecclesiae An-
„thiochenae, et Constantinopolitanae, natus est Chri-
„stus anno 5493., qui concurrit cum anno Julia-
„no 45.; Et Cap. sequenti, ait: Inter Graecos, Anthi-
„ocheni á Mundi exordio, usque ad Incarnationem
„Domini, enumerant annos, 5493. Anthiocheni, et
„Constantinopolitani Incarnationum, et Nativita-
„tem Domini. consignant anno 45 Juliano.

Dicto Tom. 1. Rudimentor. Chron. pag. 65, (post expositam opinionem, cum Emin. Norisio, Bedam vere Authorem fuisse Dionisianae Aerae Incarnationis) ait: Ineo tamen á Bedae computo di-
„screpamus, quod is á Christi Domini Conceptione,
„nos ab ejusdem Nativitate, seu potius neglectis
„diebus septem anni exeuntis, á proximis Calen-
„dis Januariis, annos Christianae Epochae sup-
„putamus. Quam rationem illam, computandi
„annos á Dominica Incarnatione, Orientis Ecclesiae,

de promtgs
tatibus concegdentiae ejusd elucescant. [illegible] quamquam
prima [illegible] desumatur ex quo ait: se in eo
[illegible], [illegible] discrepare á Computo Bedae, ut
hic á Christi Domini conceptione supputet, ipse vero ab
ejus Nativitate, seu potius neglectis diebus septem
anni exeuntis, á prima Calend, Januar. proximè
sequentis, annos Christianae Epochae supputet. Ergo
quando Bextius apperuit exordium supputatio
nis suae, jam, Dionisius unum sui supputationis, Incarna
tioni que annum supputaverat, anno 753 U.C.
45 Juliano. Ergo falsissime asseritur á Bextio, Aeram
Dionisianam, et Vulgarem, eodem anno inchoare,
ut ait Cap. 12 pag 64.

At cum Ecclesia Romana adhibuisset Aeram Dio
nisianam, id que prudenter, ne ob Chronologorum dis-
sensiones, Aeram semel receptam exantiquari &,
quisque, in annorum supputatione, propriam
opinionem sequatur, ut vidimus docere Bextium,
bene nos dicimus, Bextium, et Alumnos ejus, u-
num minus annum supputare, quam Ecclesia,
Beda, et Dionisius. Vide Assertion. II

Quarum patet: quia ab incluso anno Correcti Correctionis 709 U.C. ad inclusum. 752 U.C. ante Ch. N. anni sunt 44 Juliani.

Propos. II: Annus primus Correctionis Julianae Habet Cyclum solarem 22 Literam Dominicalem C. Aureum numerum Nicaenum 15. Indictionem Romanam 5. Aureum num. Julianum 1. Epactam Julianam XXIX.

Prob. 1. quoad primum. Anno primo Correctionis Julianae competit Per. Jul. ann. 4670. si eum divides per 19, in residuo invenies 15 Aureum num. si divides per 28, invenies in residuo Cyclum solarem 22, cui competit Litera Dominicalis C. si per 15, invenies in residuo 5, Indictionis Romanae anni illius: Ergo.

Prob. II, quoad secundum: Julius Caesar ita confecit novae ordinationis annum, ad Lunam demensionibus habitis, ut dies Calendarum Januarii primi suae Correctionis, esset Conjunctionis Luminarium, seu Novilunii: [illegible], et illa die, anno primo, posuit Aureum num. (Julianum appellatum) 1. Epactam que Julianam XXIX. quibus et dies Calendar. signabit Novilunium idem quod fecit cautius ... annis: Ergo.

Ob. 1. Annus primus correctionis Julianae fuit ille quem aperuit Julius Caesar suo quinto Consulatu; Atqui, quintus Consulatus Julii, fuit anno 710 U.C. et praecedens 709 quarto Con-

…mo es por Enero, aumentando unidad en los
años desde el primer dia de Enero siguiente al 25
dia de Diciembre, en que celebramos la Natividad.
No obstante esta diferencia, convenimos con el Com-
puto Dionisiano, en poner por año primero del Re-
dentor al mismo que Dionisio, esto es, al Consulado
de Cesar y Paulo, como se convence retrocediendo con
los Cyclos: Pues si este año 1748 viviera Dionisio, por
Mayo, daria al Redentor el mismo año 1748, que no-
sotros, diferenciandose unicam.te en que desde Ene-
ro, á 24 de Marzo, no contaria mas que 1747.

Secunda ~~[illegible]~~ año, [illegible] hic est: Annus ille quo Dioni-
sius posuit incarnationem, posuit et Nativita-
tem. Hic annus fuit 754 U.C. retrocedamus per cy-
clos ad capiendam veritatem. Annus 1748 Incar-
nationis est 1749 Cycli. Talis annus fuit Æ.U.C.
2500. Vide Tabulam computi Maraitensis   2500
anni Illius. Si á 2500 detrahis 1749 Cycli,   1749
remanent 751 U.C. ante Cyclum: Ergo pri-   751
mus Cycli fuit 752 U.C. Secundus Cycli et primus
Christi Incarnationis 753 U.C. 45 Julianus: Ergo fal-
se tribuitur Dionisio, annum primum Incar-
nationis posuisse anno 754 U.C.

41 sec. 44. post meridiem, anni 3961. Ur. Ar quia nus primus Correctionis fuit Conjunctio Calendi Januarij: Ergo.

Ad I Rj. Neg. maj. ad prob. idem. Argumentum et Calculum construitur, ex Blanchino, supra expresione Hirtii. Visa fuit Luna supra Orizonte tertio nonas Martias, hora noctis sexta. Suponamus nunc Calculum Blanghini esse exactum, et cum referatur ad annum confusionis, interrogo qualem potuit numerare diem 3 nonas Martias Hirtius, anno quo regnavit error temporum, et Confusio? Ab exordio Mundi visus non fuit annus aequalis duxationis, utpote constans 445 diebus. Juxta ipsum Blanchinum, illo anno confusionis, inter Februarium, et Martium intercalati fuerunt 23 dies Mensis Merkedoni. Si anno regulari communi, á Calendis Januar, supputatur 64 dies, anno illo supputati fuerunt 87 dies ad 3 nonas Martias. Tunc supponit exac in Hispania; quare nesciebat ordinem dierum, quibus ille annus confectus fuit, Locutus que fuit Hirtius de incerta, et erronea die, cujus error non corrigitur á Blanchino in Calculo Astronomico, ab Amiortio ostenso.

Et probatur: quia in eo, supra radicem Astronomicam, et epactam annorum, usque ad 708 U. Cond. addit Epactas Februarij Completi, 59 dies. addit Martii 5 dies 12 hor. in 3 Non. Mart. Ergo, dedit falsum calculum duabus rationibus, prima, quia ille

supputare eosdem annos Dionisius. Sexta quia firmat, quod Dionisius, ut dixi, Circuli exordium sumpsit ipse, a die Incarnationis, et ante quam alterum iniret, in anno 1718 supputatur, quod erat usque ad 25, quam illi, qui post eum, inierunt computum. Dionisius etiam si annus, seu Epocha ejus fuisset Incarnationis, non supputabit annos a die Incarnationis, sed a Calend. Januarij, anni Juliani illius, quo Incarnationem allegavit. Et ratio est, quia primum intentum Dionisii fuit distribuere magnum Circulum 532, in annos Julianos: sic secundus Circuli, fuit a Calend. Januar. usque ad ultimam Decembris, annus 45 Julianus, et primus Christi, et incarnationi ejus.

Sed relinquamus jam tot inconsequentias et redeamus ad Confessionem Bertianam. Florentini, et Pisani; ad nostra usque tempora, unum annum Aerae Conceptionis Domini addiderunt, fortasse numerationem illam sequentes cycli Decemnovenalis, cujus praecesserat unus annus, quando facta est Incarnatio, ut inquit Beda Cap. 45; Atqui hoc ipsum supputat hodie mundus Latinus, seu Romanus: Ergo Mundus Latinus

44 ejus.

Adhuc insto Argumentum juxta Bertium de Theolog. Disciplinis Lib. 29. Dissert. 1. Cap. II ad vol. 3.: ubi de Aera Nativitatis Dominicae tractans, exposuit hoc argumentum, et solutionem: Christum natum anno U.C. 752., Augusti 42, tenet Ecclesia, in Martyrologio Romano. Cassiodorus, Eusebius, Epiphanius, aliique, qui natum Christum putant 42, aut 41, Augusti, à Triumviratu numerantes, Ergo: Respondet que Bertius: Ecclesiam Romanam adhibere Aeram Vulgarem, et Dionysianam, licet haec non sit exacta: id que prudenter, ne ob dissensiones Chronologicas, Aeram semel receptam, exantiquando, quisque, in annorum supputatione, propriam opinionem sequatur: Atqui si Ecclesia Romana ad computum adhibuit opinionem qua suponitur, Christum natum fuisse, anno 752 U.C., 42 Augusti, primum annum sui computi fateri debet esse 753 U.C. 45 Julianum juxta Ecclesiam, et juxta Dionisium, qui primum sui incarnationis annum posuit in eodem 753 U.C., 45 Juliano, cum adhibuit Ecclesia, prudenter guidem, ne in annorum supputatione, quisque propriam opinionem

est. Quia Ecclesia Latina, Sanctorum, et antiquo-rum Patrum sententia ducta, in sua Calenda, et Martyrologio, statuit Natalem Domini in 752 U.C., qui est 45 Julianus; supputavit que pri-mum Christi annum, in 753 U.C. 45 Juliano: Ad-venit postea Dionisius, et decreto ejus, ordinavit suum Magnum Circulum 532, sub Epoca Incar-nationis: reliquit Epocham Nativitatis, et magis elegit ab Incarnatione D. N. J.C. annorum tempo-ra prenotare: Alligavit que primum Incarnatio-nis annum, 753 U.C. 45 Juliano, et 2 Circu-li Decemnovenali: Cum tamen Ecclesia conside-raret, quod sive numeraretur à Nativitate, si-ve ab Incarnatione, nihil immutabatur, quia utroque modo, primus Computi erat 753 U.C., 45 Julianus, accessit ad novam Epocam, non adno-vum Computum, quia semper remansit unus, et idem.

Nos rationem, et textum, quo assignamus Doctri-na nostra redditur certa, et verissima, et confirma-mus evidentissimis mathematicis demonstrationibus

detrahis 1772 remanent 752 U.C. rad. computi, exordium quo ejus 45 Julianus. Idem Beatus loco cita, prosequens aeternam ibidem sequitur supputatio=nem Bibliae Graecorum, dicens Christum natum=anno Mundi 5199, ob veteres Patres, qui chronta=xim LXX secuti sunt, cum tamen praeferat in vul=gata Hebraicam supputationem.

Hic annus in tabulis computi publicis cita=tus, dicitur esse ab Orbe condito 6971, si ab eis detrahis 1772 remanent 5199 quibus Ecclesia posuit radicem computi Aerae Vulgaris: Ergo uno confirmatur, tam quoad Ae. Urbis Conditae, quam Mundi, annum primum Ae. V. esse 753 U.C. 45 Julianum.

6971
1772
5199

Alii dicunt Ae. U.C. hoc anno, exactam non esse, et contendunt esse debere 2525, ut detractis 1772 remaneant 753 U.C. ante Aeram Vulgarem, et sustineatur error principii Ae. in 754 U.C.; at hoc fit multiplicatis erroribus: quia praeter eum, initiandi Aeram, contra sententiam Ecclesiae, et Dionysii, anno ejus defectus anno 277 Ae. V. qui juxta eos est 276, consulatu Taciti, et utriusque 1029 U.C. adaugent unum Consulatum, et annum, tam computi Vulgaris, quam U.C. quem Sol nec vidit, nec salutavit: sic, cum errore alio, accrescunt Aeram U.C. et computum vulgarem, ut diximus, in comprovatione Cathalogi Consulum, nostri: ubi videre poteris.

Regula

U.C. 45 Julianam posuit expraesse ibi, primum sui computi annum: Qui hunc computum nobis luxit, sed Nativitatis non allium recursum habet quam ad Ecclesiam, et computum ejus Natalitii, quod praefixit anno 752 U.C., qui est 44 Julia nus, allius computus Natalitii in 753 U.C. vel in 754 non est Ecclesiae, sed inventio Modernorum.

Ratio Allia nem; in originamus in doctrina ipsorum fundatam; per vox Periodi 532 (quae conficitur ex multiplicatione Cyclorum 28 per 19) haec est propriaetas, quod annus Ch. V. primus, cum habeat Aureum num. 2, Cyclum solis 10., in omnibus similis illo, quo incarnari dignatus est, non alliter redditur usque ad annum Christi 533. Atqui sive author sit Auxae Dionisius, sive Beda, hic docet, ut vidimus in solutione argumentorum, annum 533 Christi fuisse annum similem illo quo incarnatus fuit Dominus, habuisse que Aureum num. 2. Cyclum sol. 10. Ergo Dionisius inchoavit suum magnum circulum in 532 Christi;

tivitatem anno ipso 45 Juliano posuere. Patet:
quia Dionisius, aut Beda, alligavit annum Incar-
nationis, anno 45 Juliano. Ubi que supputavit pri-
mum Incarnationis, posuitque in eo Aureum
num 2, quem habebat annus Incarnationis Grae-
cus 5493.

Beda, aut Dionisius, ex Ecclesiae jussu, nihil aliud
egit quam transferre calendarium, et Computum
Graecum, ad Latinum, utpote (ut ab omnibus fatetur)
exactior erat. Sic que, sedavit dissensiones inter
Orientali, Occidentalique Ecclesiae Patres: Hoc mag-
num servitium, non meretur apud nos; exolvitque ipsum
a dicentibus, ut videmus in Graveson, in fine apparatus
Chronologici, qui de eo ait, inter Eruditos hujus tem-
poris Chronologos convenit, Dionisium Exiguum
in assignando Natali Christi Domini, quinquennio,
vel saltem quatrienio fuisse allucinatum: Quinimo praecipue
cum Dionisius secutus sit rationem sapientissimorum.
Virorum, totius Orientali Ecclesiae: [illegible]
[illegible] Cum, nec incarnari, nec
nasci, potuit et Christus, nec pati, et mori, nisi in
annis A. P. D: Et Cum Impugnatores, qui jactan-
tur de inventione Nativitatis Dominicae, 4. ant

quinque annis ante Ae. V. D. nihil invenire possint, ex notis Characteristicis Incarnationis, Nativitatis, et mortis N. Reparatoris, nec conformitatem cum constanti traditione, Historiae que Evangelicae.

Et qua ratione increpant Dionisium aut Bedam, nisi quia ex suo magno Circulo apparet, primum Diocletiani annum esse 285. sui computi, cum Modernis persuadere conentur, eum esse 284. Christi, ex quo plura oriuntur absurda. Ut scilicet, quod tantum supputent 283 Christi ante Diocletianum, et cum esse debeant 284 juxta Circulum Dionisianum, hic annus, qui eis desinit, tollitur ab exordio Ae. V. D., et defectus qui postea notatur hujus anni, imputatur Dionisio, cum falsa suppositione, videlicet annum primum sui magni Circuli alligasse 531 Christi; taliter, quod illi sunt rei criminis, et Dionisius penam patitur. Illi sunt rei fractionis Circuli, quia per inurgationem anni, ante Ae. Dioclet. annus 283. est Aur. 18, et imputant Dionisio, primum Diocletiani esse 19. cum sit 1. Hic lapsus, non oritur ex Circulo, nec ex doctrina Dionisii, aut Bedae, sed ex violenta novitate moderno

rum.

rum.

Rationes quas adducunt contrarii, ad convincendum annum primum Diocletiani fuisse 284, nullius momenti sunt; scilicet quod in Codice Justiniani notatur lex ut nemo. sub idibus Octobris data Carino A. II et Numer A. II consulibus. quods consulatu sequentis anni 285 prodit Diocletianus Consul, cum Aristovulo. et quod renunciatus fuit imperator 15 Calend Octobr seu 17 septembris anni elapsi. hoc etiam et nos dicimus, at non computamus ut primum, nisi illum in quo majorem partem regnavit, quod non fuit in 284, in quo tantum habuit tres menses et dimidium alterius, sed in 285, in quo habuit 8 menses et dimidium alterius, ut jam deinque, supputamus proprium eundem annum quem Graeci supputaverunt.

Assignamus demonstrationem hanc innegabilem: Annus primus Incarnationis Graecorum, est, juxta eram Mundi eorum 5493: hoc anno ponunt incarnationem, et Nativitatem, ex quo ab eis habetur Christi primus: ergo, ad primum computi eorum, praecesserunt 5492. ergo sic: Annus primus (per vos, justa Graecos) Diocletiani est 5777; arqui si ab eis detrahis 5492 praecedentes incarnationem, invenies 285 Christi

5777
5492
285

80.3 vel

·ri anno primo Diocletiani. juxta Graecos: Seu alliq modo:

aliq pr alliquo modo. Annus, 5493 est, incarnationis, et idem cum 45 Juliano: Ergo si ab incluso primo incarnationis Christi anno 5493, ad inclusum primum Diocletiani 5777, supputantur 285 anni Christi, Incarnationis, ab incluso 45 Juliano ad annum primum Diocletiani, etiam necessario supputari sunt 285 annis Christi Incarnationis: Atqui nos idem supputamus ac Graeci, utpote habemus juxta Dionisium, Bedam, et Eclisiam, annum primum Incarnationis in 45 Juliano: Ergo infallibiliter annus primus Epochae seu Aerae Diocletiani est 285 Christi, tam quoad Graecos, quam Latinos, licet regnare coepisset mense septembris, antecedentis anni. Dionisius ut diximus, nihil alliud egit jussu Ecclesiae, quam Circulum Victorianum 532 Graecum, servatum in Calendario Graeco, transferre ad Latinum: Ergo quod Graeci habent, et nos habemus, quoad computum.

Ex quo deducitur: Antonium Paguim absque Criterio, et ratione, fecisse aequationem Perio

di Graeci ad Latinum, qua, quod erat unifor
me inter ambos computos, irrectitum erroneum
que reliquit, ut demonstravimus in Assertione
de Per. Gr. Rom. Et ut nihil deficiat ad confirma
tionem nostrae assertionis, ponimus in sequen-
ti Tabula methodum, qua, Dionisius exiguus trans
lationem fecit Calendarii Graeci, ad Latinum.

Ubi invenietur, quod Graeci, et Latini, anno 284
Christi, qui fuit 5776 Graecorum, a Calendis Ja
nuariis nostri, qui fuit dies sexta mensis [illegible]
Tybi eorum usque ad 28 diem Augusti, per oc-
to menses, et dimidium, ab utroque signatus alterius
fuit annus, cum Aureo numero 19. At cum
illi inirent annum novum in Neomenia Thoth,
cujus exordium est, dies 29 nostri Augusti,
illi suo stilo ab illa die alterarunt Numerum
Aureum, signarunt que Neomenias, cum se-
quenti Aureo num. 1. At Dionisius continu
avit per residuum anni nostri 284, cum Aureo
num 19, signante illo, suo debito loco, usque
ad Calendas Januarias anni sequentis, 285 Chris
ti,

quo; conformamus cum Graecis, posuit etiam Aureum num. 1. ut illi, usque ad nostrum diem 28 Augusti, et cum initium anni eorum esset á Neomenia Toth quae est dies 29 Augusti perpetué, alterarunt Aureum numerum, 1. quem nos ut diximus continuavimus per residuum anni Juliani, Christi 285.

Sic annus Primus Epochae Diocletiani, juxta nostrum Latinum Computum, fuit ille qui per totum, juxta stilum Julianum, habuit, per aequationem factam á Dionisio, Aureum numerum unum; qui fuit 285 Christi, aequalis cum anno Graeco 5777, quid quid sit quod Diocletianus renuntiatus fuisset Imperator 17 ante Calendas Octobris, anni antecedentis; quia denominatio, anni primi ejus, est illius quo plus temporis regnavit, et ideo, fuit 285 Christi; praeterquamquod Aera Diocletiani non sumitur ab exordio sui principatus, sed ab exordio Cycli Decemnovenalis, et sic, sicut annus Graecus primus Diocletiani, habuit Aureum num. 1. ut habet 5777 ita noster 285

~~[illegible]~~, habuit, et habet, per totum. Aureum num. 1.

Quid ergo ad rem, quod epocha Diocletiani exordiatur a 17 die septembris, anni 284., in quo tantum habuit tres menses et dimidium, si Aerae ejus mensura, desumitur ab initio Circuli Decem novenalis, seu ab Aureo num. 1, quem habuit annus primus ejus, per octomenses et dimidium, in 285 Christi, 5777 Graecorum? Nos supputamus stilo Graeco, aut Latino? Denominatio anni primi Diocletiani, tribuenda est anno illo, quo tantum regnavit tres menses et dimidium, aut illo, quo regnavit octo, et dimidium? Regula Chronologiae est, quod ille annus usurpet denominationem numeralem, quo plus regnavit Imperator: ergo primus Diocletiani fuit 285 Christi.

Qui contendunt esse 284, quo tantum exordium sumpsit, totam veritatem Chronologicam destruunt, frangunt circulos, et errores inducunt, qualis est contendere, annum primum Magni Circuli Dionisii esse 531 Christi, quia supponunt intolerabilem errorem, quod ad Diocle

Diocletianum præcessere 283 Christi, qui, si jun-
gantur cum 247 Diocletiani, quo S. Cyrillus
finivit, fiunt 530 Christi; quando per doctri-
nam Bedae et Dionysii, constet primum sui mag-
ni circuli fuisse 532 Christi.

Nos ut sustineamus veritatem nos-
tri computi, allegamus regulas constantesque
principia Chronologiae; expressam sententiam Au-
thorum; sit Dionysius, vel Beda; accessionem ad
eam Ecclesiae Latinae: testem irrefragabilem Ca-
lendarii; et Martirologii ejus; et Tabulas publi-
cas computi, quod est uniforme, et consonans.
at contrarii frangentes circulos, errores-
que inducentes, quae nobis suppeditant fundamenta, ut errores eo-
rum sustineantur? Hec est eorum loquela: Diony-
sius dixit, Ecclesia cum Dionysio supponit, Ec-
clesia accessit: at ubi dixit, ubi accessit? ubi dixit
Dionysius, quod illi supponunt, ubi docuit Ven.
Beda? totum remanet in fide dicentis, at cum
doceantur ex dictis, et quod non est supponatur,
frangenti fidem, non est servanda fides, nec tribu-
enda

endas

Nec decipere potuit, sapientissimum, um um Dominum, Circulus Romanae Sedis, 84 annorum (de quo locutus fuit Paschasinus, Sancti Leonis Papae) qui in anno 535 Christi, habebat 430 annos: Sicut primus hujus Cycli annus, utpote habens Literam Dominicalem B, secundo loco post bissextilem, 46 Incarnationis annus fuit: Annus primus Diocletiani fuit Septuagesimus secundus, tertii Romani Circuli. Si tamen Junges annos 168, qui conficiunt duos Circulos Romanos, 72 tertii, suppputatos in primo Diocletiani anno, et 45, qui Incarnationis praecesserunt primum Romanum Circulum, invenies 285 annos in primo Diocletiani: sicque, annum primum incarnationis, verificatur fuisse, per omnes vias 753 U.C. 45 Julianus.

168
72
45
285

Sed faciamus ultimam reflexionem, et demonstrationem hujus Assertionis. Annus 5777 juxta Graecos, est annus primus Aerae Diocletiani, cum Aureo num. 1. Annus 5493 Graecis fuit, et est juxta Graecos, annus quo locu. posuerunt incarnationem Dominicam, tam Anthiocheni, quam Constan-

tinopolitani. Nunc interrogo: aut hic annus 5493 est primus Circuli Decemnovenalis, aut secundus? Si est primus, insto responsionem.

.. Ergo annus primus Aerae Diocletiani 5777 juxta Graecos, non fuit Aureus num. 1.; Prob. Cons. Annus primus Diocletiani Aerae, est 5777 Mundi Graecorum: annus primus computi incarnationis eorum, est 5493, et Aureus num. 1 per vos, ab hoc anno incluso, ad 5777 sunt anni 285; quibus si addis 5492 praecedentes incarnationem, sunt jam dicti 5777. Atqui si 285 dividis per decem et novem, nihil superest, et per consequens est Aureus num. 19, primus Diocletiani: Ergo si annus 5493 est Aureus num. primus Circuli Decemnovenalis, annus primus Diocletiani non est primus Circuli Decemnovenalis sed 19.

285	
92	
5777	
285	19
09:	15
(00)	

.. Atqui totum est falsissimum, quia annus primus Diocletiani fuit, et est, infallibiliter primus Circuli Decemnovenalis, ut ostensum est, Nota III hujus Assertionis, per demonstrationem Circuli S. Cyrilli: Ergo quia annus 5493

Graecus

Graecus non fuit primus Circuli Decemnovenalis, sed secundus.

Devenimus jam in confesionem alterius extremi, scilicet, quod annus 5493 primus Incarnationis est Aureus num. 2, juxta Graecos. Itaque Primus Circuli ante Incarnationem Dominicam fuit 5492 Mundi, Graecorum, quos si dividis per 19, est Aureus num 1. Sic ab incluso 5492 ad inclusum 5777 Diocletiani, sunt anni 286, et si hos divides per 19 oritur Aureus num 1. in primo Diocletiani anno. Idem que accidit si annum Graecum 5777 divides per 19, quia in residuo invenies Aureum num. 1. in primo Diocletiani anno.

5492 | 19
16 : 289
17
(01)

286 | 19
09 : 15
(01)

5777 | 19
00 : 304
7
(01)

Totum hoc est consonans cum demonstrationibus factis, circa Circulum 95 annorum, Cyrillanum, finitum anno 247 Diocletiani, cujus divisione facta, invenitur Aureus num. 19, ex quo infalibiliter deducitur, annum primum Tyrani fuisse primum Cycli Decemnovenalis.

Sic Ergo Dionisius peritissimus Mathema

ticus

exquisitus ab Ecclesia Latina, ut transferret Calendarium Graecum ad Latinum, quaesivit annos Circuli Decemnovenalis, supputatos à Graecis, usque ad annum exclusum, primum Diocletiani, invenit que 285 cycli, quia tot sunt anni ab exclusio 5491, ut praecedens Circuli, usque ad inclusum 5776 ante Diocletianum.

5491	
285	
5776	

Hos quem 285, transtulit ad Calendarium Latinum ante Diocletianum: videamus nunc, quo anno iniit supputationem horum.

Vos dicitis quod ante Diocletianum supputati fuerunt 283 anni Christi incarnationis, et peconsequens 284 Circuli Decemnovenales: atqui si hos 284 Circuli detrahis à 285 Circuli ante Diocletianum, deficit unus: Ergo hic unus Circuli positus fuit à Dionisio ante quam sumeret exordium Circulus vestrae incarnationis. Clarius Annus primus Diocletiani per vos in Aera Ur. Cond. est 1037: Ergo praecedens est 1036: Atqui si ab eis detrahis 285 Circuli ante Diocletianum, remanent 751 U.C. ante primum Circuli Incarnationis: Ergo primus

1036	
285	
751	

Circuli juxta Dionisium, et Graecos, fuit 752 U.C.
primus que Christi Incarnationis, et secundus
Circuli Decemnovenalis, fuit, et est. 753 U.C.
45 Julianus.

Atqui Dionisius supputavit primum in
carnationis annum, illum qui habuit secundum
Circuli Decemnovenalis annum (ideo que docuit,
q^d ad inveniendum quotus sit annus circuli de
cemnovenalis, in quolibet anno Christi, incarna-
tionis, ante divisionem addatur unus, manifes
te docens, quod quando incarnavit jam unus
Circuli Decemnalis, erat completus): Ergo an-
nus primus Incarnationis Dominicae, juxta
Dionisium. fuit 753 U.C. 45 Julianus.

Atqui, etiam, á precedenti Incarna
tione 752 U.C. exclusivo, ad precedentem,
seu ante Diocletianum inclusum 1036 U.C. sunt
284 Christi incarnationis ejus: Ergo ante Dio-
cletianum tam quoad Graecos, quam Latinos,
284 ann. Christi, Incarnationis praecessere.

752
284
1036

falsissime imputatur Dionisio, quod Incarnationem Domini posuisset in anno 754 V.C. 46 Juliano, et quod ab incluso eo, ad inclusum 1036 V.C. supputasset 283 annos Incarnationis Dominicae, cum essent 284, á Graecis supputatis in suo computo, ad latinum translatos ab Exactissimo Mathematico Dionisio.

Hec demonstratio omnino innegabilis est, quia deducitur ex infalibili Doctrina Cyclorum; per eam scimus quod á primo incarnationis anno Graecorum 5493, ad primum Diocletiani supputabantur á Graecis 285 annis hos transtulit, cum correspondentibus Cyclis (quia hoc fuit principale intentum Ecclesiae Latinae) Dionisius ad Calendarium Latinum. Annus primus Diocletiani, juxta Adversarios, fuit 1037 V.C. et si ab eis detrahis 285, in primo etiám Diocletiani anno remanent 752 V.C: ergo primus, quo posuit Dionisius Incarnationem fuit 753 V.C. 45 Jul.

1037
285
752

45 Juliano. Est ergo falsissimum, serjuriosum
qui, Eruditissimo Dionysio, eum supponere posuisse In-
carnationem Dominicam anno 754 U.C. 46
Juliano, nec primum Diocletiani annum, in
284 Incarnationis Domini. Fuerunt 285 quos
supputavit in Computo Graeco, per suos
Cyclos, et eosdem Incarnationis transtulit
ad Calendarium Romanum. Quia 752+285=
=1037 U.C.

Probatum enim manet, quod annus primus
Diocletiani juxta Graecos, et juxta translatio-
nem Dionisii, in Latinum, fuit 285
Incarnationis: si illis addis 246 ann.
(ut sint 247 quia primus est inclusus
in 285) invenies 531 annos Christi, et si
addis 1 qui praecesit Incarnationem, fiunt 532
Circuli, & 531 Christi: Ergo Dionisius antequam
dedisset Cyclum suum magnum Circulum 532
annorum, jam dederit expletum, et absolutum
alterum, in 531 Christi, et 532 Circuli, ut de-
monstravimus, hac Assertione.

285	
246	
531	
1	
532	

Et si Dionysius, aut Beda, tantum docerent; quod confitentur contrarium quod nempe annus Incarnationis Graecorum 5493, et Dy 45 Julianus, hoc sufficeret ad constituendum exordium annorum Incarnationis, in 45 Juliani anno. Quia non negabunt Contrarii, quod annus primus Diocletiani est 239 Julianus, et si detrahis ab eis 285 ann. in primo eiusdem Aerae, invenies annum 44, qui praecesit primum Incarnationis 45 Julianum, Aureus num. 2.

239
285
.44

Nescio qua ratione, aut momento, Antonius Pagius, in falsa aequatione Per. Graec. cum Romana, titubatus, deturpavit exactissimam translationem á Dionisio factam, Calendarii Graeci, ad Latinum: jubens, ut ab anno Graeco 5777 primo Diocletiani (quo facta detractione Aureus num. 1. signatur) Tollatur unus, ut remaneat Aureus num. 19, quem, nec in computo Graeco, nec in Latino, Competit anno primo Diocletiani. Et quod ab anno 5493

Græco, cui comperit Aureum num. secundus ~~et primus~~ eum tollarem etiam unitas, ut Roma neat Latinis, Aureus num. unus, quando nec in Computo Græco, nec in Latino annus incarnationis habet Aureum num. 2: Quae aequatio fuit iutar aberravit Pagius, in appellatione, appellare debuit Destructio Computi Græci, et Latini, ~~[illegible]~~, ~~et~~ inductio Discordiae, et errorum.

Talis est Doctrina qua docetur, quod annus primus Incarnationis esse 754 U.C., 46 Julianus, qui in rei Veritate, est Aureus num. 3, et supputatur 2: quod ab illo, ad exclusum primum Diocletiani, supputentur tantum 283 Christi, qui sunt Aureus 18: et quod fracto Circulo, in sequenti supputetur, ut primus Diocletiani, Aureus unus. tam quoad Græcos, quam Latinos: Quod ante Coordium Magni Circuli Dionisii 532, tantum supputentur 530 Christi, qui est Aureus 18: et q. Dionisius primum sui Circuli, inisset in 531 Christi, qui est 19: omnes hos errores, et allios quos omitimus, vindicat sibi Pagius

cum inordinata falsa aequatione, deturpans illud, quod exactissimus Dionisius fecit in translatione unius Computi ad alterum. Et cum ille sit author horum errorum, ~~vociferatur~~ vociferatur tamen Dionisium fuisse alucinatum.

Tempore quo Dionisius fecit translationem ornata erat Ecclesia viris eruditissimis, opus Dionisii fuit ~~tale~~ tale, quod sedavit magnas contentiones Patrum orientali, occidentalique Ecclesiae, circa terminum Paschalem. Tot Patres Viderunt, et acquieverunt in eo, scilicet quod servaretur ad unguem Computus Graecus: Ut ille erat, traslatus fuit; quod Graeci habuerant, et nos habuimus: Non fuit illorum unus qui corriperet Dionisium, sed qui laudaret eum. Ita et nos facimus, quia veritate nititur sententia ejus, et dignus est, ut vindicetur, ab eis qui eam deturpant.

sed adhuc redeamus ad nostram quartam probationem. Textus R.P. Florez sic se habet: Clav. Histor. Clav VII Dionisio (ó Beda) que compuso, ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~, ó introduxo el Periodo, ó Cyclo Magno. Pasqual, de 533 (et 532) años, lo empezó, y debió empezar por estos Cyclos 3. y 1. porque los Griegos de quien el lo tomó, empezaron sus Cyclos

por el

por el año primero de Diocletiano, que fue el 284 de Christo, y el 5777 dela Creacion del Mundo, segun el computo Alexandrino, y dividido este año, 5777 por los Cyclos de Sol, y la Luna da el 1. y el 9. y por esto siendo aquel año primero de Diocletiano el que dio principio á los cyclos &c

Hic A.P. fatetur quod Graeci (á quibus Dionisius computum accepit) inceaure suos cyclos anno primo Diocletiani, qui fuit 284 Christi, et 5777 ab Orbe condito, juxta supputationem Alexandrinorum. Nunc interrogo: quot sunt anni supputati ab Alexandrinis, ab incluso anno Incarnationis eorum? Jam vidimus esse 285 Christi, 286 cycli, quia si hos divides per 19, exit Aureus num. 1 primi Diocletiani.

Nunc sic: si annus primus Diocletiani 5777 est ille á quo cyclus decemnovenalis exorsus fuit, cum Aureo num. 1 et hic annus est 285 Christi, incarnationis computi eorum, ¿ qua ratione 285 Christi incarnationis Graecorum, erit 284 christi, computi nostri, juxta Graecos? Falso asseritur. Quos supputaverunt Graeci, ab Incarnatione Domini, transtulit Dionisius ad nostrum computum. Si annus ante incarnationem Graecorum fuit 5492 Aureus num 1. (bis) fuit 4 Julianus juxta Graecos, et Dionisium.

Si annus primus Incarnationis Graecorum fuit
5493: Aureus num. 2. ita fuit 45 Julianus, qui
juxta Graecos aequalis est, cum anno 5493: Si
juxta Graecos, ab incluso primo Incarnationis
anno 5493, ad inclusum primum Diocletiani
5777, suppu~~tarunt~~ fluxerunt 285 Christi, Aureo num.
1., eosdem supputaverunt Graeci, ab incluso 45
Juliano, U.C. 753, ad inclusum 329 Julianum,
U.C. 1037, primum Diocletiani, Aureo num 1.
Hos annos, et Cyclos, utpote exactissimos, trans
tulit Dionisius ex Calendario Graeco, ad Latinum.
Sic que falsissimum est, quod 5777 Graecorum,
Annus primus Diocletiani, exordium Circuli
Decemnovenalis, cum Aureo num 1., sit an-
nus 284 Christi, non Exordium Circuli, sed
finis antecedentis 19., Annum primum Dio
cletiani cum Aureo 1, transtulit Dionisius
ad nostrum Computum: annos 285 Christi,
vel 286, qui? in primo Diocletiani supputaban
tur a Graecis, transtulit ad Latinum. Quod
fuit de Graecis, idem fuit de Latinis, per
translationem Dionisianam

~~[illegible]~~

Adhuc clarius per alliam inimpugnabilem demonstrationem, quia apparebit, illis fuerit facta exigua translatione Calendarii Graeci ad Latinum: quot differentiae ortae in ter Patres Orientalis, et occidentalis Ecclesiae fuerunt circa terminum celebrationis Paschae! Nulli dubium est, quod Dionisius suo magno Cyclo Paschali, et translatione Calendarii Graeci, ad Latinum, omnes contentiones utriusque Ecclesiae sedavit, et convenerunt in unum in posterum: nec dubitabile est, quod totum Argumentum Paschale pendet á Cyclo decemnovenali quia per eum quaerebatur Neomenia primi Mensis Nisam, cujus 14 Luna incidebat in Equinotium Vernum vel proxime. Hic fuit intentus Dionisii, et Universalis Ecclesiae, ut omnes uniformiter procederent circa celebrationem Paschatis.

Hoc suppositum, inquiramus qua die, Pascha celebrata fuit á Graecis, anno 248 Diocletiani, quo facta jam erat translatio á Dionisio, Calendarii Graeci, ad Latinum. Annus primus Diocletiani fuit 5777 Graecorum: ergo antecedens fuit 5776: si ergo huic addis 248 Diocletiani, fiunt summa 6024 anni

5776	
248	
6024	

Si ab eis, juxta Graecos, inquiris Cyclum decemnovenalem, anni illius, invenies facta divisione esse 1. Qui in calendario Graecos signat Novilunium in 27 die Phamenoth qui est 23 nostri mensis Martii (Vide in sequenti Tabula) si, ab incluso illo supputas 14 diem Lunae, invenies illam in decima die mensis Pharamuthi, qui est 5 dies nostri Mensis Aprilis. Ille habuit Cyclum solarem 9 bissextum Lit. Domin. DC. sic que fuit dies Lunae 14 Mensis Pharamuthi sic Dominica Paschali cecidit in 16 die Mensis Pharamuthi, quae est undecima dies Mensis nostri Aprilis. tali die Graeci anno illo 6024 celebraverunt Pascha.

6024	19
3 :	: 317
13 :	
(0 1)	

Pergamus ad inquisitionem Pasche, illo anno, juxta computum latinorum. Adversarii dicunt, annum 248 Diocletiani esse 531 Christi, addatur unus juxta Canonem Dionisii, et quaeratur per divisionem, Circulus decemnovenales, et invenies 19. hic Numerus Aureus, positus est in die 9 mensis Phamenoth que est 5 Martij, proinde non est novilunium Paschale, quia 14 Luna cadit ante Equinoctium Verni: quaerenda ergo est in sequenti Mense Pharamuthi,

531	
1	
532	19
15 :	28
(00)	

in eo inveniatur Aureum 19, in 9 die que est quarta nostri mensis Aprilis, si ab ea supputas decimam quartam Lunam, invenies eam in 22 die Pharamuthi, que est 17 Mensis Aprilis: Ille annus 531 Christi habuit, ut Graecus Cyclum solarem 8 Literam Dominicalem E. Hec signat 17 diem April. Feriam quintam. sic que Dominica Proxima, fuit in die 20 Aprilis, quae est 25 Mensis Pharamuthi: Ergo post factam Aequationem et translatione Calendarii Graeci, ad Latinum, Graeci Paschata habuerint, uno identico anno, in undecima die Aprilis, seu decima sexta Pharamuthi, Latini q in vigesima die Aprilis, seu 25 Pharamuthi. Mirabilis fuit traslatio facta á Dionisio, Calendarii Graeci ad latinum. Mirabilis uniformitas et unio Ecclesiarum, in celebratione Paschae, et Mirabilis Ignorantia, et Insipientia Patrum utriusque Ecclesiae, qui non cognoverunt Errorem Mathematici Dionisii.

Non cognoverunt quia non entis nullæ sunt qualitates. Dionisius peritior, quam qui eum deturpant, connexuit annum 248 Diocletiani cum 532 Christi 532 Christi addito uno, juxta suum

Paschalem Canonem, sunt 532 Circuli, | 532
si dividis per 19 signat Aureum | 1
num. 1 si 532 Christi addis novem, | 533 ⌊ 19 — 15 : 28 (01)
juxta suum Canonem Paschalem, et | 532
dividis per 28, signat Cyclum sola | 9
rem 9, Literas Dom. D.C. cum eis | 541 ⌊ 28 — 26 : 19
inveniuntur Novilunium in 23 Mar | (09)
tii, 27 Phamenoth: decima quarta Luna in
quinta Aprilis, decima Pharamuthi: Dominica
seu terminus Paschalis, in undecima Aprilis
16 Pharamuthi, qua die omnes habuerunt Pascham.

Intentus utriusque Ecclesiae iste fuit: contentiones circa celebrationem Paschae sedare; per translationem Calendarii, finitaque fuerunt Omnes agnoverunt concentum translationis, et per eam luculenter ostenditur, annum primum Diocletiani fuisse, ~~[illegible]~~ 285 Christi, et Ae. S. Dionisianae, quia
sic 284 Christi ante Diocletianum, et | 284
247 istius conficiunt 531 Christi. ante | 247
Magnum Circulum Pascalem Dionisianum. | 531

num. [illegible] Mundus, quod Doctissimus Antonius Pagius, ita caligasset, ut hanc veritatem non cognovisset: et in aequatione Period. Graec. ad Latinum, tot errores disseminasset contra evidentiam translationis Dionysianae. Illud interest quod accepêre ex nummis, et Lapidibus confossis, q... Diocletianus renuntiatus fuisset Imperator 17 die septembris, ann. 284., cum annus primus suae Epochae supputetur, ex pari cum Cyclo, ut Graeci supputarunt. sat est.

Ex hucusque dictis, perfracte contendimus contrariis, exordium Aerae Vulgaris Dionysianae fuisse annum 754 U.C.: aegre sustinent, [illegible] ad Diocletianum 283 annos praecessisse, quia 284 fuerunt: et cum incipiant computum ab anno 754, eadem ne anno illo quem eis deficit, necessum est, ut retrocedant, [illegible], ad 753 U.C. annum, et fateantur, Dionysium unquam tale divisse nec docuisse circa computum Incarnationis, ut ei insimulant.

Ideoque concludimus cum sententia A Pat. Flor. in Prolog. ad Tom. 4. quod plurae

peccarunt ob differentiam coecam ad senten=
tiam aliorum: at de inventoribus magis nobis
arridet sententia R. P. Bononia Capucinus,
in suo Tractatu de Arte Vulgaris; At quia non
= dere in omnibus antiquitatem, nunc temporis
= pugna est gloriosior, dulcior que triumphus, hosti=
= mutos Artae Vulg. contemnunt isti novitatis culto-
= res, unde in illa Arte, computum omnino fractum
= fundamenta penitus dirrupta, ejus q promotorem
= Dionisium, vocabulo Exiguum, socordem, falsumq.
= videntem iteratis demonstrationibus (ego dico ca
= vilationibus) conclamant, insimulant, et detes
= tantur. Ita hodie loquuntur ~~de~~ advolucrates apud omnes
De Dionisio, et illi insi
mulant ~~...~~, quod parens est erroris eorum.

Vide dilecte Lector hic, Assertionem II hujus
opusculi.

Methodus qua Dionisius transtulit Calendarium Graecorum ad Latinum.

Anni aequales.

284 Christi Julianus: 5776. Graecus, Christi

Januarius				Februarius				Martius			
Aureus Nicenus	Januarius	Tybi	Aureus num. Alexandrini	Aureus Nicenus	Februarius	Mechir	Aureus Alexandri	Aureus Nicenus	Martius	Phamenoth	Aureus Alexandri
3	1	6	3		1	7		3	1	5	3
	2	7		11	2	8	11		2	6	
11	3	8	11	19	3	9	19	11	3	7	11
	4	9		8	4	10	8		4	8	
19	5	10	19		5	11		19	5	9	19
8	6	11	8	16	6	12	16	8	6	10	8
	7	12		5	7	13	5		7	11	
16	8	13	16		8	14		16	8	12	16
5	9	14	5	13	9	15	13	5	9	13	5
	10	15		2	10	16	2		10	14	
13	11	16	13		11	17		13	11	15	13
2	12	17	2	10	12	18	10	2	12	16	2
	13	18			13	19			13	17	
10	14	19	10	18	14	20	18	10	14	18	10
	15	20		7	15	21	7		15	19	
18	16	21	18		16	22		18	16	20	18
7	17	22	7	15	17	23	15	7	17	21	7
	18	23		4	18	24	4		18	22	
15	19	24	15		19	25		15	19	23	15
4	20	25	4	12	20	26	12	4	20	24	4
	21	26		1	21	27	1		21	25	
12	22	27	12		22	28		12	22	26	12
1	23	28	1	9	23	29	9	1	23	27	1
	24	29			24	30			24	28	
9	25	30	9					9	25	29	9
									26	30	
		Mechir			Phamenoth	Phamenoth				Parmuthi	
	26	1		17	25	1	17				
17	[illegible]	[illegible]	17	6	26	2	6	17	27	1	17
6	[illegible]	3	6		27	3		6	28	2	6
	29	4		14	28	4	14		29	3	
14	30	5	14					14	30	4	14
3	31	6	3					3	31	5	3

Aureus num. 1 fuit annus primus Diocletiani annus que 285 Christi Incarnationis. 5777: Graecorum Incarnationis etiam.

Aprilis | Majus | Junius

Aureus Nicenus	Aprilis	Pharmuthi	Aureus Alexandr.	Aureus Nicenus	Majus	Pachon	Aureus Alexandr.	Aureus Nicenus	Junius	Payni	Aureus Alexandr.
	1	6		11	1	6	11		1	7	
11	2	7	11		2	7		19	2	8	19
	3	8		19	3	8	19	8	3	9	8
19	4	9	19	8	4	9	8	16	4	10	16
8	5	10	8		5	10		5	5	11	5
16	6	11	16	16	6	11	16		6	12	
5	7	12	5	5	7	12	5	13	7	13	13
	8	13			8	13		2	8	14	2
13	9	14	13	13	9	14	13		9	15	
2	10	15	2	2	10	15	2	10	10	16	10
	11	16			11	16			11	17	
10	12	17	12	10	12	17	10	18	12	18	18
	13	18			13	18		7	13	19	7
18	14	19	18	18	14	19	18		14	20	
7	15	20	7	7	15	20	7	15	15	21	15
	16	21			16	21		4	16	22	4
15	17	22	15	15	17	22	15		17	23	
4	18	23	4	4	18	23	4	12	18	24	12
	19	24			19	24		1	19	25	1
12	20	25	12	12	20	25	12		20	26	
1	21	26	1	1	21	26	1	9	21	27	9
	22	27			22	27			22	28	
9	23	28	9	9	23	28	9	17	23	29	17
	24	29			24	29		6	24	30	6
17	25	30	17	17	25	30	17			Epiphi	
		Pachon				Payni					
6	26	1	6	6	26	1	6		25	1	
	27	2			27	2		14	26	2	14
14	28	3	14	14	28	3	14	3	27	3	3
3	29	4	3	3	29	4	3		28	4	
	30	5			30	5		11	29	5	11
				11	31	6	11		30	6	

Julius Augustus September

Annus Nicenus	Julius	Epiphi	Annus Alexandr.	Annus Nicenus	Augustus	Mesori	Annus Alexandr.	Annus Nicenus	September	Thoth.	Annus Alexand.
19.	1	7.	19	8.	1	8.	8	16	1.	4.	17
8	2	8.	8	16	2.	9.	16	5.	2	5.	6
	3	9		5.	3	10.	5		3	6	
16	4	10.	16		4	11		13.	4	7.	14
5.	5	11.	5	13.	5	12.	13	2.	5	8.	3
	6	12		2	6	13.	2		6	9	
13	7	13.	13	10.	7	14		10	7	10.	11
2.	8	14.	2		8	15.	10		8	11	
	9	15			9	16		18.	9	12.	19
10.	10	16.	10	18.	10	17.	18	7.	10	13.	8
	11	17		7.	11	18.	7		11	14	
18.	12	18.	18		12	19		15.	12	15.	16
7.	13	19	7	15	13	20.	15	4.	13	16.	5
	14	20		4	14	21.	4		14	17	
15.	15	21.	15		15	22		12.	15	18.	13
4	16	22.	4	12	16	23.	12	1.	16	19.	2
	17	23		1	17	24.	1	*	17	20.	
12.	18	24.	12		18	25		9.	18	21.	10
1.	19	25.	1	9.	19	26.	9		19	22	
	20	26			20	27		17.	20	23.	18
9.	21	27.	9	17	21	28.	17	6	21	24.	7
	22	28		6	22	29.	6		22	25	
17.	23	29.	17		23	30		14.	23	26.	15
6.	24.	30.	6	14	24.	31.	14	3.	24	27.	4
		Mesori.									
[illegible]	25	1.	[illegible]	3	25.	32.	3		25	28	
14.	26	2.	14		26	33		11	26	29.	12
3	27	3.	3	11	27.	34.	11	19	27	30.	1
										Paophi.	
	28	4		19	28	35.	19.		28	1	
				Hinc incipit annum Graeci 5777		Thoth					
11.	29	5.	11		29	1		8	29	2.	9
19.	30	6.	19	8.	30	2.	9	16.	30	3.	17
	31	7			31	3					

(*) Ab hac die jam ingressus annus 5777 renuntiatus fuit Imperator Diocletianus, anno 284 Christi.

October | Nobember | December

October

Annus Nicaenus	October	Paophi	Annus Alexand.
5	1	4	6
	2	5	
13	3	6	14
2	4	7	3
	5	8	
10	6	9	11
	7	10	
18	8	11	19
7	9	12	8
	10	13	
15	11	14	16
4	12	15	5
	13	16	
12	14	17	13
1	15	18	2
	16	19	
9	17	20	10
	18	21	
17	19	22	18
6	20	23	7
	21	24	
14	22	25	15
3	23	26	4
	24	27	
11	25	28	12
19	26	29	1
	27	30	
		Athyr	
8	28	1	9
	29	2	
16	30	3	17
5	31	4	6

November

Annus Nicaenus	November	Athyr	Annus Alexand.
	1	5	
13	2	6	14
2	3	7	3
	4	8	
10	5	9	11
	6	10	
18	7	11	19
7	8	12	8
	9	13	
15	10	14	16
4	11	15	5
	12	16	
12	13	17	13
1	14	18	2
	15	19	
9	16	20	10
	17	21	
17	18	22	18
6	19	23	7
	20	24	
14	21	25	15
3	22	26	4
	23	27	
11	24	28	12
19	25	29	1
	26	30	
		Choyac	
8	27	1	9
16	28	2	17
5	29	3	6
	30	4	

December

Annus Nicaenus	December	Choyac	Annus Alexand.
13	1	5	14
2	2	6	3
	3	7	
10	4	8	11
	5	9	
18	6	10	19
7	7	11	8
	8	12	
15	9	13	16
4	10	14	5
	11	15	
12	12	16	13
1	13	17	2
	14	18	
9	15	19	10
	16	20	
17	17	21	18
6	18	22	7
	19	23	
14	20	24	15
3	21	25	4
	22	26	
11	23	27	12
19	24	28	1
	25	29	
8	26	30	9
		Tybi	
	27	1	
16	28	2	17
5	29	3	6
	30	4	
13	31	5	14

Assertio

De maximis erroribus Chronolog. Astronomorumque,

1 Cum Argumenti huyus opusculi, nostrae solicitudinis ita necessaria enucleatio sit, ut alliter mens Antiquorum Patrum in operibus Chronologicis non adipiscatur, ut suo loco demonstrabimus; ideo iterum, atque iterum reponam alliqua argumento ut per repetitionem faciliter noster Lector sit conscius ejus veritatis.

2 En Textum Joanis Laur. Bert. suo Brebiario Chronologico Par. I. Cap. 12 de Ae. V. ubi dic: Ae =Vulgaris Aera progreditur á Calend. januar. an=ni 46 Juliani, U.C. 754, Olympiad. 195 anno 1.:: =Apertissime enim Viri Clarissimi Petav. Lib. 11 =de Doctr. temp. Cap. 29. Norisius in Dissertat. =de duobus nummis Diocletiani, et Licinii.. et =Pagius ad annum Christi 284. demonstrarunt =Aeram Diocletianam seu Martyrum Ale=xandrinorum incipere á Consulatu Carini =Augusti Aurelii Numeriani A.II: hoc est á =praedicto anno 284. P. Jul. 4997. et U.C. 1037. =Detractis que ab Aera Diocletiani anni 283, =qui praecesserunt, ab exordio Aerae Christianae, =usque ad imperium ejusdem Diocletiani resi-

duae

= exit annus P. I. 4714. U.C. 754 a quo proinde
= recentissime constituuntur, Christianae Aerae
= principia.

3 = Haec Vulgaris Aera eadem est cum illa quam Dionisianam appellitant. Dionisius enim Exiguus, loco Cycli annorum 95 quem S. Cyrillus coepit ab anno 153 Diocletiani, Aera Christi 436. ac terminavit in anno Diocletiani 247. Christi 530. induxit Cyclum Victorianum, annorum 532. suis que Cyclis noluit impii memoriam persecutoris innectere. sed magis elegit ab incarnatione Domini tempora praenotare, ut Dionisius ipse testatur in sua ad Petronium Epistola. Cum autem ipse Dionisius Cyclos suos inchoaverit ab anno Diocletiani 248. et Aerae Christi 531. ut idem Dionisius declarat, et docet quoque Vener. Beda. de ration. temp. Cap. 45 sequitur annum primum Cycli Dionisii esse annum Julianum 45, qui proxime initia Aerae Christianae praecesit.

Haec est doctrina communis, tam Chronologorum, quam Theologor. Astronomorumque omnium: sed Nota alliam peculiarem Astronom. qui dicunt, annum 4004 Mundi esse 0 Astronomicum seu bisextum ante Aeram communem

hunc que annum Æ. V. esse 5776 Mundi, quia quam omnes uniformiter
4004 + 1772 = 5776. Hac Æra, quam omnes uniform. admittimus, utemur, ut nobis opituletur ad enucleandam veritatem. Jam procedamus ad elucidandas incurias Adversariorum.

Prima: Adversarii dicunt annum primum Diocletiani esse 4997 P. Jul. si secas per 19 invenies per illam Period. esse Aureum num 19. Haec est incuria. Per totam enim assertionem antecedentem, tam quoad Graecos, quam Latinos, demonstratur annum primum Diocletiani esse Aureum num. 1: deficiunt unius anni patitur P. J. esse debet 4998.

4997	19
11	263
05	
(00)	

Confirmatur: quia P. Graeca, juxta Graecos, signat Aureum num cujuslibet anni: Annus primus Diocletiani est 5777 Graecor. si secas per 19, signat in residuo Aureum num. 1; Ergo P. Juliana 4997, quae tantum signat Aureum num. 19, non est anni primi Diocletiani. Sic annus primus Diocletiani est 285 Christi, 4998 P. Jul., si ab istis detrahis 285 Æræ, remanent 4713 P. Jul. ante Æ. Vulg. et Confirmatur secundo, juxta annum 1766 factae Theseis: quia si 4998, addis 247 Diocletiani, supputatos. et 1235 Dio-

5777	19
00	304
(01)	

4998
285
4713

4998
247
1235
6478

nisii, numerato ab inclusiō anno 248 Di- | 6478 | 19
ocletiani, usque ad 1786, conficitur sum- | 07 : : 340
ma 6478. P.S. et si secas per 19, inveni- | (018)
es Aureum num. 18, in anno 1766 Christi, quod
quidem est falsum, quia fuit Aur. 19.

Secunda: desumitur ~~ex~~ illa Clausula: anni 754 U.C. á quo rectissime constituuntur Christianae Aerae principia. Ipsa non rectissime, sed fallacissime, constituuntur ibi exordium Aerae Vulgaris. Ecclesia in Martyrologio, et Calenda, ait: Christum ortum fuisse, anno 752 U.C., qui est 44 Julianus: non enim supputavit annum illum, ~~[illegible]~~ sed inuit, á Calendis januarii sequentis, 753 U.C. 45 Juliani; ergo qui eam ducunt ad 754 U.C., 46 Julianum, contra decretum Ecclesiae, quod hodie extat ~~[illegible]~~ in vindici Observantia, ut diximus antecedenti Assertione, ~~et~~ demonstravimus calculo, et videmus in Tabulis publicis Computi, non rectissime, sed fallacissime ducunt.

Tertia: ex quo dicunt Adversarii, annum primum Ae. Vulg. esse annum 1. Olympiad. 195. ~~[illegible]~~ quia Aera Communis, juxta eos, non pendet á Doctorum opinionibus, sed ab Ecclesia, qui in sua Calenda statuit, et á Dionisio qui ex mandato ejusdem scripsit

scripsit sua Argumenta Pascalea, disposuitque et suum Magnum Circulum, exorsum anno 753 U.C., 45 Juliano, quo incarnatum Domini supposuit: cum autem annus 753 U.C. sit, infallibiliter, 4 Olympiadis 194 qua ait Ecclesia, Christum Ortum fuisse, inde est quod inepte, recititur annus primus Ae. V. seu Dion., cum anno 1. olymp. 195. de qua nec Dionisius, nec Ecclesia, locuta fuerunt.

Quanta desumitur ex clausula Berriana: Haec Vulgaris Aera, eadem est cum illa quam Dunisianam Appellitant. Incuriose hoc asseritur: supponit Aeram Communem habere Nativitatem, in 753 U.C.: Dionisium incarnatio nem, et natalitium Domini, in 754 U.C. et quod uterque, supputant annum primum, in 754. U.C.; sed totum absdubio, irretitum, ~~[illegible]~~ est: Illa enim propositio Esset aeternae veritatis, ut ait Philosophus, si loqueretur de Aera communi, inita anno 753 U.C., licet natalem Dmni ponat in 752., quia primum supputavit Ecclesia, á Calend januar 753 U.C. sicut Dionisius etiam primum. sui circuli incarnationis annum. Hoc est certum; illud falsum.

Quomodo ~~ab~~ hoc â R. Patre, ita assertum obli-
tus fuit, nunquid illius assertionis, quae, ad argu-
mentum Ecclesiae, habentis natalem Christi in
752 U.C, respondet Ecclesiam adhibuisse Aeram
Vulgarem, licet haec exactam quoad verum natalem
non esset, idque prudenter, ne ob dissensiones chro-
nologicas, Eram coaequando, quisque, in an-
norum supputatione propriam opinionem se-
quatur. Si Ecclesia adhibuit Opinionem commu-
nem antiquorum Patrum, ad statuendam Epo-
cham Nativitatis Dominicae, posuitque eam
in 752 U.C, 44 Juliano, annus qui primus ejus,
fuit sequens 753 U.C. 45 Julianus: qua ratione
ait, annum primum Ae. Communis, esse 754
U.C, 46 Juliano? Inquiror de tali variatione et in
consequentia.

Quinta: Quod S. Cyrillus suum Cyclum
95 annorum, inchoavit anno 153, Diocletiani,
436 Christi: Annus 153 Diocletiani, — 153 ⌊19 8
est Aureus num. 1. ut apparet si secas — (001)
eos, per 19.: vide ad marginem, Annus — 437 ⌊19
436, si addis unum Cycli juxta Doctri- — 05 : 23
nam Dionisii, sunt 437, et si dividis — (00)

per 19, est Aureus numerus 19. Ergo S. Cyrillus commisit absurdum, incurrendi suum Cyclum 95 annorum, duobus Aureis numeris: hoc est, 436 Christi, cum Aureo num 19: 153 Diocletiani, cum Aureo num. 1.: Iuis tale dicat, de excelentissimo Mathematico Patre que celeberrimo Ecclesiae S. Cyrilo?

Tempore Nicaenae synodi, scimus quod á Patribus, signanter que á Mathematico Eusevio Cesariensi, anno 323, exquisita conjuntione Luminarium, in die 23 januarii, 5 hor., 9 min., P. M, ex die, in Calendario Niceno, positus fuit Aur. num. 1. talis annus fuit 39 Diocletiani: sequenti 324 Christi. 40. Diocletiani, exquisita Conjuntione in die 11 januarij, 14 hor. 37 min post Merid, hoc est die 12. 2 hor. 37 min., ibi que positus fuit Aureus num. 2. in Calend. Anno sequenti 325 et 41 Diocletiani, fuit Conjunctio, prima die januarii, 34 min. ante Merid: ibi que positus fuit Aur. num. 3. sic hodie videtur in nostro Calendario Ecclesiastico Niceno.

Faciamus nunc verum Calculum, justa supputationem nostram, ad inquirendum annum Christi quo inuit S. Cyrilus suum Cir

culum 95. Annus 323 noster, temporis concilii, fuit 39 Diocletiani: detractis á 323, remanent 284 Christi, nostri Computi: adde 153 Diocletiani, quo ex ordine suum supposite Circulus Cyrilianus, sunt 437: adde unum juxta Dionisium, ut inquiras Aureum num. anno 437: fiunt 438: divide per 19, et invenies Aureum num. 1. quo, juxta nostrum Computum, sicut juxta Alexandrinum, inchoavit sanct. Cyril. suum Cyclum 95. Annor. False ergo asseritur, annum 153 Diocletiani, esse nostrum 436, quia fuit 437. totus hic error, est filius falsae opinionis, quod Diocletianus supputavit suum primum annum, 284. A. D., quod est offendiculum veritatis Chronologicae.

323
39 rest
284
153
437
1
438 | 19
05 : 23
(01)

Sexta ex clausula illa: Cum autem Dionisius Cyclos suos inchoaverit ab anno Diocletiani 248., et A. Christi 531. ut idem Dionisius declarat, et docet quoque Ven. Beda.

Si Dionisius inchoavit suum Magn. Circulum, in 248, inchoavit eum ab Aureo num. 1: patet quia 248 secas per 19 residuus est unus. Ergo inchoavit ab Aureo numero 1. Videamus annum conexum vers. aequal.

248 | 19
05 : 13
(01)

aequalem 534 Christi: adde 1. iuxta re
gulam Dionisii, fiunt 532: seca eas per
19, invenies que Aureum num. 19, qui-
a nihil supperest; Ergo Dionisius commisit ab-
surdum, cum iniret suum Magnum Circu
lum, annorum 532, duobus Aureis num, uno eo-
dem que anno. Commisit et alterum cum
sumpsisset exordium sui Circuli ante quam
praecedens expleretur.

¿Quis hoc praedicabit de Lectissimo Ma
thematico, pleno scientiae, ut Beda testatur,
et electo á Sede Apostolica, ut suis Argu-
mentis Paschalibus, circulis que, contentiones
Patrum Orientalis, et Occidentalis Ecclesiae se-
clararent, circa celebrationem Paschatis, ut ac-
cidit.

¿At quis praedicabit injuriam Dionisio imputatam,
quod nempe ita fecisset, declarasset
; et quod Ven. Beda ita docuisset, cum utrum
que evidentissime falsum, et suppositium sit?
Vide in Assertionem antecedentem, ad annum pri
mum Diocletiani. Ubi invenies, quod fecit Eru
ditissimus Dionisius; quod docuit sapientissi-
mus Beda. Ubi invenies Exordium Magni

Circuli Dionisii, esse annum 248 Diocletiani, 532 Christi: 533 Circuli: primum que, sui sisthematis incarnationis, in 533 Christi, seu Aerae ejus. 534 Circuli, Aureo num. 2. In conspectu autoritatis, Doctrinaeque Dionisii, et Bedae, nescimus quo spiritu, anhelitu que, imputatur eis, talis absurditas; cum veritate inspecta, quantum eis increpatur, vitium absoni patitur, dum substinere conantur, annum primum Diocletiani fuisse 284 A. V.

Septima exorditur, ab assertione, qua persuadere intendunt, annum primum Magni Circuli Dionisii, esse 45 Julianum, cum invictissime, ostensum sit; eum esse primum Aerae Vulgaris, et Incarnationis: annum que ante Aeram; esse 44 Julianum: 752 U. C. quo Ecclesia Nativitatem Dominicam, signavit.

Octava desumitur, ab elementali principio Astronomorum, quo docetur, annum o Astronomicum ante Mundi Aeram, esse 4004, ante Aeram Vulgarem: sic dicunt, annum hunc esse 5776 Mundi, quia si 4004 addu

addis 1772, sunt 5776. Ct., in hoc convenimus cum eis: at si per epochas, et Aeras exactas, calculus examinatur, unum dicunt, et aliter faciunt.

Ad demonstrationem hujus veritatis, sciendum primum est, quot sint anni supputati á Dionisio, ab incluso primo sui Magni Circuli, quo eliminata fuit memoria Tyranni, usque ad annum praesentem, 1772 Ae. Vulg. et cum ab ipso Dionisio Ven. que Beda docea tur, ad exordium Magni circuli, praecessisse expletum, alterius Magni, 532 annorum, in 531 Ae. V., scies quod quaeritur, si ab annis 1772 detractis 531 Christi; facta que detractione, invenies esse 1241 ann. ab incluso quo exorsus fuit Magn. Dion. Circ.

Et confirmatur, quia annus 1772, habet Aureum num. 6, sic invenies, si 1772 Christi, addis 1 Cycli juxta canonem Dionisianum, et secas per 19., sitamen 1241 etiam divides per 19, invenies in residuo 6 qui est idem Aur. num. anni 1772. Ergo sunt idem.

1772
1
1773 / 19
06 93
(06)
1241 / 19
1 . 65
(06)

Nunc faciamus Calculum annorum, qui per Aeras, ab Aera a-
xis supputantur: Ponantur 4004
M. addantur 283 ~~qui dicuntur~~ prae
cedentes ~~cedentes~~ Diocletianum:, 247 hujus,
et 1241 Dionisii; atqui conficiunt summam 5775
M. in 1772 A. V. Ergo juxta eos, annus M.
in hoc 1772 non est 5776, sed 5775

4004
283
247
1241
5775

Aliter faciamus supputationem: scilicet
Ponantur 5776 M., detrahe ab eis
1241 Dionisii, facta detractione, à
remanentibus, detrahe 247 Diocle
tiani, et facto calculo, finaliter de-
trahe 283, ~~qui dicuntur~~ praecedentes
ad Diocletiani exordium: et remanent
4005 Mundi: Ergo falso dicunt, annum ó
astronomicum, seu bisextum ante A. V., esse
4004, cum sit 4005? et quicumque te vertas,
invenies errorem sententiae eorum.

5776	
1241	rest
4535	
247	rest
4288	
283	rest
4005.	

(Adhuc amplius serpit error, si
junges annos Christi supputatos, qui
cum sint 1772, tantum invenies jux
ta eos 1771, A. V.: hic error, oritur eos
sententia, et opinione decepta, qua propugnare
conantur, annum primum Diocletiani fuisse
284

1241
247
283
1771

284 Ae. Vulgaris: et ratio invictissima est, quia anni qui supputantur Dionisii, in hoc 1772, ob calculum Cycli Decemnovenalis, nec sunt, ne esse possunt, plus, minusve, quam 1241. Aureus num. 6 sicut 1772 habet eundem Aur. num. 6.: juxta omnes, ergo mensura infalibilis temporum, est illa quae á cyclis, et regulis eorum desumitur. Idem accidit quoad annos 247 Diocletiani: quia praeterquam quod sunt Constantes, in historia, ligati sunt Cyclo decemnovenali, ita ut, primus sit Aureus num 1. et ultimus 19, qui constituunt 13 Cyclos exactos, et esse non possunt plus minusve quam 247.

Est ergo deffectus, in annis praecedentibus Diocletianum: ipsi fatentur eos esse 283, et esse debeant 284: ratio invincibilis est: quia si annus primus Diocletiani fuit Aureus num. 1, ut indisputabiliter fuit, praecedens annus fuit Aureus num. 19.: Atqui talis non est annus 283 Ae. V., sed 18: Ergo quia eis, annum unum in praecedentibus deficit.

283
1
284 / 19
09 : 14
(18)

Sic que, solidissima apparet probatio nostrae sententiae, qua demonstramus annum primum

Diocletiani fuisse 285 Æ.V., et per consequens, primum Æ.V. et Dionisii, 753 U.C., 45 Julianum: nunc iam dabimus, per Æram á Mundo Condito, de qua non dubitant Adversarii, ut, per eam legitime fiant reliquae.

Hic annus est indubitabilis 5776 Mundi, juxta Astronomos, et Chronologos, juxta Bibliam Graecam, seu expositionem Lxx. 6971, Christi seu Æ.V.D. 1772, U.C. 2524, P.Jul. 6485., Ponantur in tabula, et detrahantur, per Epochas, anni uniuscujusque sic.

Æ.M.	Lxx	U.C.	V.D.	P.Jul.	
5776	6971	2524	1772	6485	
1241	1241	1241	1241	1241	Circuli Dion. detrahantur.
4535	5730	1283	0531	5244	
247	247	247	247	247	Diocletiani restentur.
4288	5483	1036	284	4997	
284	284	284	284	284	Christi ante Diocletianum restentur
4004	5199	752	000	4713	Annus ante Æ. Vulg.
44		44		44	anni Jul. ante Æ. restentur
3960		708		4669	Annus Confusionis.
3961		709		4670	Primus Correct. Julian.

Jam juxta hanc Mathematicam demonstrationem, Adversarii dubitare non poterunt de

Verita

veritate nostrae sententiae, Æraeque Vulgaris: Accepimus pro mensura Æram Mundi, quam exactissimam appellant; epocham ejus, qua dicunt Christum natum fuisse, quoad Vulgare Computum, anno 4004, annumque 5776, quem supputant anno Christi, Dionisianus 1772: et detractis ab Epocha mundi annis supputantur Magni circuli Dionisiani, annis Diocletiani, et annis Christi, ante Diocletiani Æram, convenit doctrina, cum calculo, hoc est annum ante Æram Vulgarem esse 4004 M. Brevetum, annumque 1772 Æ. Vulg. 5776 Mundi: At hoc non alio modo, nisi quia supputamus 284 Christi, ante Diocletianum: quia si tantum 283 supputarentur, luceret exactitudo Computi, ut antea demonstratum est.

Sic ex indubitabili Computo facto, per M. Æram, convincitur certitudo aliarum, de qua aliqui dubitarunt, an recte aequatae sint, cum annis Æ. V., ut nobis objicit Eruditus quidam: nam cum in Calenda Nativitatis Dominicae, ab Ecclesia Latina canatur, Christum ortum fuisse, anno 752 U.C., 5199. ab orbe condito, juxta LXX. Versionem, [illegible]: et Tabulis publicis

ejus, signetur annum hunc 1772 Incarnationis, esse 2524 U.C. 6971 M. juxta Lxx: [illegible] detractione, annorum constantium, principiorum, et terminus, exacte prodeant, ut in Calculo per Aixam Astronomicam Mundi; sicut in hac non estratio dubitationis, ita nec in illis est, ut dubitentur perperam.

Itaque per demonstrationem invictissimam Mathematicam, convincitur: Primo annus ante Aixam Vulgarem, et Dionisianam, sicut fuit per M. A. Astr. 4004. sic etiam est 5199 M. Lxx., 752 U.C., 44 Correctionis Julianae, 4713 P. J. anno currente 3. Olympiadae 194. omnia sunt similia. etiam ex hac radice [illegible], annum primum Diocletiani Aixae esse, 285 A. V. D., 4998 P. Juliani, 1037 A. U. C. 4289 M. juxta Astronomos. Secundo: Annum primum Magni Circuli Exigui, esse 532 Christi, 5245 Per. Jul., 1284 A. U. C., 5731 M., juxta Lxx., 4536 M. juxta Astronomos. Annumque 1772 A. V. D. esse 6485 P. J., 2524 U. C., Mundi Juxta Lxx 6971. Juxta Astron. 5776.

Tertio: Quod annus primus Correctionis Julianae, est 44 ante Aixam Vulgarem, non ut false asserunt Contrii, 45.: quia ab inclusio anno 709 U. C., primo Correctionis, ad exclusum 45, primum Aixae Vulg.

Vulgaris 753 U.C., non sunt plus quam 44 anni Juliani, nec [illegible] cum errore suo, supputent [illegible] adversarii, possunt esse plus quam 44: sic [illegible] annus aequalis Julianus, ante Æram Communem, est ut vidimus in Tabula 3961 M. juxta Astronomos, et 4670 Period. Juliani, et demonstratur etsi cum errore eorum, supputaretur: Quia positis pro Capite 5776 M. 6485 P. Jul. 2524 U.C. et detractionibus habitis, annorum et Epocharum, juxta eos constantium, ipsa aparet, ut videtur ad marginem.

Æ.M.	P. Jul.	U.C.	Æ.V.
5776	6485	2524	1772
1241	1241	1241	1241
4535	5244	1283	531
247	247	247	247.
4288	4997	1036	284
283	283	283	283
4005	4714	753.	... 1
45.	... 45.	... 45	
4960	4669	708	
Ergo primum 4961	4670	709.	44.

Sic demonstratum, quod vel supputent cum errore 45, ante Æram, Julianos; vel exacte, ut in Tabula antecedenti, 44, numquam annus primus Correctionis Julianae esse potest 4960 Mundi, ut Adversarii suponunt, nec 4669. P. Juliani, quia cum Æ. V. D. legitima, et exacta, exordium summat [illegible] anno 753 U.C. et á 709 ejusdem, quartus Consulatus Julii Caesaris, tantum 44 anni calculentur, si eos detrahis á 4713 P.J., ante Æram, invenies, primum Julianum in 4670 P.J., si á 4004 similiter detrahis 44, invenies primum

Julianum, in 4961 circund.

Hec demonstratio, ultra rectitudinem ejus, habet ~~[illegible]~~, ut ex illa Epocham formari possit Astronomicam, annorum Julianae correctionis; cum sit invictissime verum annum praecedentem, seu Confussionis, fuisse bisextum, ut demonstrat annus Ct aequalis 4960 qui bisextilis est, et conformis legibus Correctionis temporum, ut quarto quoque anno, intercalaretur bisextus, compositus ex quadrantibus.

Et sicut de Ae. Comuni formatur Epocha Astronomica, anni 4004 Ct, ante Ae, sic formari possunt per Ae. V.C. tam quoad computum Julianae Correctionis, quam Ae. Communis; quia ille est 708 U.C. Bissextus: Iste 752 U.C. Bissextus etiam. Et Confirmatur, ex authoritate Onufrii Panvinii, a Contio relata, qui, ad Consulatum Flavii Joviani Varroniani qui Nobilis Puer, annum 364 Ae. C., cum videtur signatum, ab Adversariis, cum Romana Aera 1117. ait esse debere 1116 U.C., ut conveniat historiis; que bisextum annum U.C. esse dicunt.

Sic que aequales Epochae formari possunt, de Diocletiani Aera, tam in Aera Communi, quam U.C., quia annus praecedens eam, fuit 284 Ae. Commun., Bisext. U.C. 936 idem: Quia om

nes quaterni sunt, Juxta Julianum Computum, regulas que correctionis ejus, [struck] bisextiles.

Sit jam nona incuria; negligentia illa qua Graverus cum Pagio, Petavio, Norisio, et aliis quam pluximis in Tract. de Mysteriis et annis Christi Dicent. 6 ait: Ecclesia Latina, seu occidentalis que primum Christi annum, á C. Caesaris et Aemilii Pauli Consulatu, qui anno sequenti, seu 754 U.C., et anno Juliano 46 exorditur, numerare volet. Supponit cum Dionisio Exiguo Christum natum esse anno U.C. 753, seu anno Juliano 45; hoc annoxum computo qui vulgo conceptus est contenta.

Ubi est supputatio Ecclesiae, qua exorditur primus annus á Consulatu Caesaris et Pauli 754 U.C.? facilitate, qua dicitur, demonstrari potestu ut credamus? Lexperam quaerere abs dubio, cum ea dicat Christum ortum fuisse anno 752 U.C. Exordium computi sumens á 753 U.C. hoc annoxum Computo contenta.

Ecclesia Occidentalis seu Latina, nihil expresse cum Dionisio circa Natalem Domini, supponit. Accesit Computo Dionisii, qui incarnationis annos supputavit. Si Nativita

tem, per consequentiam: seu incidentiam, ad- dit in anno 753 U.C. 45 Juliano, ibi princi- paliter 8 Calend. Aprilis posuit incarnationem, ibi que supputavit suum primum annum Incarnationis, cum Aureo num. 2 quia in sen- tentia Dionisii, quando incarnavit, jam unus Circuli Decemnovenalis annus erat comple- tus. ut ait Beda.

Ibi etiam ait Graveso: Natale Vulgare Christi, quod dicitur Dionisianum, seu Vulga- re, non pendet á Doctorum opinionibus: Ergo pendet ab Ecclesia, contenta cum exordio sui computi, á Calend. Januar. anni 753 U.C. 45 Ju- liano: et ab autoritate Dionisij, cui accedit, quia per computum Incarnationis, inventus casus non fuit ordo sui computi, cum ~~[illegible]~~ supputaretur primus, utriusque, in 753 U.C. 45 Juliano.

Sed adhuc ad textum cl. Berctii citatum ad num. 3 hujus assertionis, allia nobis occurrit. demonstratio. Ibi ait A. L. annum 247 Dio- cletiani, esse 530 Christi, annum 248 Diocletia- ni, in quo inchoavit suum Magnum Circulum Dionisius, esse 531 Christi. Annus 247 fuit ul- timus

timus Cycli S. Cyrili Aureus num. 19. et patet quia si dividis eos per 19, nihil e superest, ex quo sequitur quod Dionisius in anno 248 Diocletiani inchoavit suum Magnum Circulum 532, ab Aureo numero 1.

247 ⌊19
05 : 13
(00)

Videamus nunc si veritas aptatur cum expresione Bertioma, scilicet quod annus 247 Diocletiani, fuit 530 Christi. si ab anno presenti 1772 christi detrahis 530, ante Dionisium, remanent, usque ad presentem annum 1242 annis Magni Circuli Dionisiani: si verum tenet expresio, hic annus 1242, facta divisione per 19, ostendere debet Aureum num. 6, quem habet annus 1772, quia est aequalis unus cum altero: Atqui facta divisione conficitur Aureus num 7 in residuo: Ergo quia á 1772 non sunt retrahendi 530 sed 531 christi, ante Dionisium, patet quia detractis 531 remanent Dionisii 1241 ab inchoatione sui Magni Circuli, et facta divisione per 19, aptatur Aureus num 6, quem habet annus

1772
530 rest
1242
1772

1242 ⌊19
10 : 65
(07)

1241 ⌊19
10 :
(06)

1772 Christi: si ergo anni Christi supputati in 247 Diocletiani, per evidentem demonstrationem Cycli, et infalibilem doctrinam ejus, sunt 531 Christi; quot sunt anni qui supputati fuerunt ante Æram Diocletiani, nisi qui remaneant facta detractione 247 á 531, qui sunt ut vides ad marginem, 284. et quotus exit primus Diocletiani, nisi 285 Aureus num. 1.

531
247
284

Certe confundor, dum video obcecationem voluntariam, tot virorum doctissimorum, qui se duci permittunt per viam erroris, cum veritas appareat luce solis clarior, ~~[illegible]~~

Dionisius ~~[illegible]~~ suo Magno Circulo usque in 247 Diocletiani supputavit expletis 531 annis Christi, qui sunt 532 Magni antecedentis Circuli: sic nec Dionisius, nec Beda, docuerunt tam enormem errorem, nempe 248 Diocletiani sit 531 Christi; quia potius quam contrarium, ex doctrinis eorum habemus; comprobatur in praesens, per infalibilem dotrinam Cyclorum in statu praesenti, et demonstrationem

calculi. Lege hoc totam secundam Assertionem pri hujus Primae Dissertationis.

Error totius doctrinae Recentiorum in hoc consistit; scilicet, quod ante Diocletianum tantum 283 Christi annos enumerent. Ab ipsis adversariis fatetur, quod Diocletiani tantum supputati fuerunt anni 247. Collecti omnes fiunt 530 Christi. Ecce maximum errorem, natum, ex quo dicunt et propugnant quod ante Diocletianum 283 Christi praecesserunt, cum sint 284. Patet: quia omnes Adversarij fatentur annum 247 Diocletiani fuisse ultimum Cycli Decemnovenalis quo finivit S. Cyrilus suum Cyclum 95. fatentur etiam Dionysium exordium dedisse suo Magno Circulo Paschali anno 248 Diocletiani, qui fuit, ut jam demonstratum manet Aur. num. 1. nam si 247 fuit Aur. num. 19 juxta S. Cyrilum, 248 per necesse fuit Aur. num. 1. et tota haec est doctrina Adversariorum.

Quomodo ergo, 248 Diocletiani erit Aureus

num 1. si anni Christi ante Diocletianum fuerunt tantum 283. Calculus inva det errorem sententiae et Doctrinae recentiorum: nam si á 248 Diocletiani addis 283 Christi, fiunt 531 si addis unum, juxta Paschales Canones Dionisii et dividis per 19 invenies esse Aureum num. 19 annum 248 Diocletiani, quem Adversarii fatentur ~~esse~~ esse Aureum num 1. Ergo totus error Doctrinae Adversariorum consistit, in deffectuosa supputatione annor. Christi 283 ante Diocletianum, cum sint 284, quibus totum exactum evenit

Cum tamen sit constans confesio Recentiorum, quod annus primus Diocletiani fuit 1037 Aerae U.C. et per consequens quod annus praecedens fuit 1036 quidem, si ab eis detrahis 284 Christi ante Diocletianum remanent 752 U.C. ante Aeram Vulgar. primus q. hujus per necese annus, 753 U.C. 45 Julian. Pagius, Norisius, Petavius Bertinus et uno verbo omnes Recentiores decepti fuerunt in reputatione anni primi Aerae Diocletiani

in 284 Christi, et supputatione 283 annorum Christi ante Diocletianum; quia hac doctrina omnes Circuli franguntur, doctrina que Chronologica evertitur, et veritas unquam apparere poterit, nisi initium Aerae summatur ab anno 753 U.C.

Sed hic notandum est, quod nescio quo spiritu ducti, inimici candoris, et veritatis conantur ut hec veritas non innotescat. Ab anno 1769 alterata fuit in tabula Computi Matritensis, vulgo Guia de Forasteros Epocha Urbis Condite que cum esse deberet 2521. posita fuit 2522; continuavit error usque ad annum 1772, quo propter nostram instantiam ad supremum Castellae Senatum, per viam Illmi Domini D. Petr. Rodrig. á Campomanes ejus Fiscalis, restituta fuit ad suum debitum Ordinem, votivus annus 1772 cum 2524 Aerae Ur. C. At nescimus quo influxu in hoc sequenti anno 1773 Incarnationis Dominicae, iteratus sit error in Matritensi Computi tabula, connectens annum illum cum 2526. Aerae Urb. Cond. impossibile est enim, quod in uno tantum anno Juliano, duobus Aera Ur. Cond.

accrescatur et annus legitimus 2525 revertatur in 2526. Non immerito suspicamur quod in hac reitera tione erroris aliquis dolus intervenerit, ut eludan tur demonstrationes á nobis factae, in praesen tibus dissertationibus ex tabulis publicis computi de ductis. At quid interest, haec novitas, si in Ca lenda Nativitatis Dominicae canitur, Chris tum ortum fuisse anno 752 Urb. Cond.; et ad ditio, hoc anno, 1773 Christi, 2525 Aerae Ur. C. confitimur, et non falsi 2526? Quid interest si juxta Cannones Paschales, et doctrinam Dio nisii, Ven. que Bedae Magni ut Circuli, evi denter, ostenditur annum primum Incarna tionis ejus fuisse 753 U.C. ad Julianum. Quid interest, si prosta infallibiles demonstrationes factas in secunda Advertione hujus Disserta tionis, et argumenta ad hominem facta, con vincuntur, quod ob deffectum rerum initium Aerae Vulgaris eorum, unum integrum annum abeiravit computus annorum Christi in

qualibet epochas et historiae. Nobis visum
fuit, hanc novitatem notare, ut incauti, dic-
ti hoc errore, non decipiantur

Dissertatio II

De epochis Domini Nostri Jesu Christi.

Cum altissimum Dominicae Incarnationis Misterium, atque reparationis nostrae mirabile opus, quo Unigenitus Dei Filius homo factus, in Ara Crucis pronobis oblatus, vere languores nostros tullit ipse, ut mortem nostram moriendo destrueret, et per lavacrum regenerationis macula protoparentum omnibus communicata abstergeretur, omnes agnoscamus: at tempora, quibus tan salutaris medela infirmitatis nostrae a Medico salutis Aeternae propinata fuerit penitus ignoramus: nos, quia etiamsi propriis viribus destituti, has Divini Numinis epochas enucleare contendimus.

Quid enim optabilius, et dignius occupationis hominum, quam insudare in indagandis temporibus, quibus operatus est Deus ineffabile opus reparationis nostrae! et quid nostrae

magis alienum
Christianae Professionis quae tam importante no-
penitus caret!
titia ~~[illegible]~~ liceat tamen in exacta his-
toria, et constante Ecclesiastica traditione apertam
habeamus viam ad eam dignoscendam, et inquirendam
comminuo
quid? ~~[illegible]~~ Fateor me exanimem ~~[illegible]~~ dum
tot sapientissimos clarissimosque viros considero,
qui in hac importantissima exquisitione insuda-
verunt, et nodum difficultatis insuperabilis, ut ab aliis
solveretur reliquerunt ~~[illegible]~~ quae audacia temeraria
enodare
erit me ~~[illegible]~~ iterum eum ~~[illegible]~~ praesumere.
~~[illegible]~~ Sed Dominus, qui dedit servo suo
unum talentum, ut superlucraret alia in qui abs
condit eius prae timore pecuniam Domini sui, locum
exteriorum tenebrarum in aeternum meruit, dig-
num et justum judicabit, ut quod mihi largi-
re dignatus est in honorem Majestatis suae ~~eius~~ consumam.
~~[illegible]~~ et elucidationem factorum eius ~~[illegible]~~

~~Est magnum praejuditium Ex communi erro~~
~~re~~ Ex communi errore exordii Aerae Vulga-
ris Dionisianae a peritis recentioribus desump-
ti ~~[illegible]~~ ab anno 754 Urbis Conditae, ortus est ~~[illegible]~~
ingens labor Chronologorum Astronomorum, et Theo
logorum ~~[illegible]~~ quia innotescere non possunt Verae

Epochae nostri Reparatoris Jesu Christi, cum notis characteristicis á Sacris Evangelistis notatis, et á ~~constanti~~ Ecclesiastica traditione ~~reservatis~~ edoctis. At non tantum mixati sumus de acceptione hujus omnimis erroris, quantum de allis invento et edito áb eud. Francisco Blanchino et Eusevio Amort. illo in tract. de Pot. Roman. Pontif. et hic in 3 part. Controv. Agredanæ quo suadere ~~conantur~~ Aeram Vulgarem Dionisianam coordinum sumpsisse ab anno 755 Urb. Cond. Consulatu Vinicii Longinii Alfenii que Varii. Sub hoc errore ~~principio~~ ~~[illegible]~~ Amort impugnavit Revelationes Ven. Mariae á Jesu de Agreda ~~circa~~ et asserta chronologica circa tempora incarnationis, nativitatis, et mortis Domini nostri Jesu Christi: sic cum falsis faciliter, inordinatis circulis lunaribus, átque solaribus cum annis falsae supputationis Aerae Vulg. Dion. resonavit in sacra Pontificia Aula fragor oppositionis, et argumentorum ejus; induxit que nova dubia Promotori Fidei circa piam assensum Revelationum ejus, et non se liverabit Ven. Virgo. á concepta mulieris illusae; cum veritate inspecta juxta veram Vulgarem Dionisianam Aeram. Epochae Christi, Matris que Purissimae ejus, exactissimae appareant: sic Preces nostrorum Catholic. Regum ad Roman. Praesul. circa beati

ficationem Vineæ Servae Dei, non obtinuerunt de-
siderata~~[illegible]~~ effectum; causa quod ejus ad alteriorem indagi-
nem reservata fuit cum maximo dolore, precantium, & ~~[illegible]~~
totius que Ordinis fratrum minorum, et Hispanicae
Nationis.

Hac de causa nobis visum fuit, enucleata Dio-
nisiana Vulgaris Aera, in sequenti secunda parte ~~Dissertatione~~ ~~quaestione~~ de Epo-
chis nostrae Reparationis accurate ~~designanter~~ tractare, ut veri-
tas earum hucusque incognita reseratur.

Assertio

De vera die Incarnationis et Natalis D. N. Jesu Christi.

Propos. I: Annuntiatio B. V. Mariae, seu incarnatio Domini N. Jesu Christi, fuit VIII Calend. April, Feria sexta anni 753 U.C. 45 Juliani. P. Juliani 4714.

Prob. ex Traditione: quia certa et constans Traditio Ecclesiae est: Annuntiationem B. Mariae Virginis fuisse VIII Calend April, Feria sexta. Ita S. Augustinus, 4 de Trinitate ibi: sicut á majoribus traditum, Ecclesiae custodit autoritas, Octavo Calend. Aprilis conceptus, quo et passus. S. Chrisostomus, Homil Nativit. S. Joan. Baptist. S. Athanasius Quaest. 17, ad Anthioch. S. Cyrillus ad synod. Carthag. Et plerique omnes, qui dicunt, eum natum fuisse VIII Calend Januarias, die Dominica, quia illa dies, qua, 25 Decembris Dominica exit, 25 Martii fuit Feria sexta: ut S. Antoninus, Guillermus, Durandus, Chronicus Magnus Vixurdensis, Niceforus, Calixtus, Petrus Comestor, Belletus, Rupertus, Hipolytus Tebanus Octavus Canon, sextae synod. Generalis, S. Sophronius,. et uno verbo, Omnes Chronologi Moderni, qui pugnant pro hac Traditione, vel supponunt

eam: Atqui in nullo alio anno, quam 753 U.C., A5 Juliano, ex sex antecedentibus, et consequentibus, 8. Calend Aprilis fuit Feria sexta. Ergo.

aqui el argumento de el 753 U.C. tiene lo mismo [illegible] [illegible]

Prob. min: Annus primus Incarnationis juxta Dionisium, 753 U.C. A5 Julianus, habet Cyclum solarem 10, Literam Domin. B, primo loco post bisextilem: Idem que signat P.J. 4714 si secas eam, per 28.; quae litera, signat feriam sextam, in 25 die Martii. Atqui in sex antecedentibus annis, et consequentibus, non datur Cyclus solaris, qui talem Literam Dominicalem B. habeat. Ergo.

Propos II: Nativitas D. N. Jesu Christi fuit VIII Calend januar, anni 753 U.C, A5 Juliano.

Probat: Quia ille annus, qui habet per Cyclum solarem, Literam Dominicalem B. sicut signat 25 diem Martii Feriam sextam, signat etiam 25 Decembris, Dominicam: cum autem annus ille habuisset Literam Domin. B.; inde est, quod 25 Decembris ita fuit.

Ob. I: Herodes Magnus, jam obierat, anno 750, U.C. vel 751: Atqui juxta Evangelistam Matheum. Cap. II, natus fuit Christus, in diebus

Herodis Regis: Ergo nec incarnari, nec nasci potuit anno 753 U.C., 45 Juliano.

Prob. maj. per regnatum Herodis Magni, et Filiorum ejus, juxta Josephum. Quoad Patrem. I. Josephus in Lib. 17. Antiq. Cap. 10 ait: Herodem vitam finiise, cum regnasset, post interfectum Antigonum, annos 34: post quam Rex á Senatu creatus fuerat, 37: Atqui sive supputentur anni 37, ab anno 714 U.C., quo Rex fuit acclamatus á Senatu; sive anni 34 ab anno U.C. 717, quo Hierosolimam expugnavit, occidit que Antigonum, pervenitur ad annum 750, vel 751. U.C.; Ergo in uno eorum obit Herodes.

Prob. II Quoad filium Archelaum: Josephus in dicto Lib 17. Cap. 15. et in 2 de Bello judaico ait, regnasse Archelaum, post mortem Patris, decem annos, non exactos: Quod exautoratus fuit ab Augusto, ob accusationem Judeorum, et relegatus Viennam Allobrogorum in Gallia ~~francorum~~; Atqui juxta Dionem, fuit relegatio, et exautoratio, anno 759 U.C: Ergo subductis integris novem expletis, pervenitur ad annum 751 U.C. quo Mortuus fuit Herodes Pater.

Prob. III Quoad Philippum: Hic, juxta Joseplum, in sua Thetrarchia, post obitum Patris, ampliavit Civitatem Bethsaidae, dicavit ~~que~~ Juliae, Imperatoris Fil. appellavit que eam Juliam; Atqui Julia in exillium acta est, ob suum adulterium, et prostitutam Vitam, anno 752 U.C.; Ergo hos honores habuerat anno antecedenti, 751, quo mortuus fuit Herodes Pater. Lib 18 Antiq. Cap. 3.

Prob. IV Quoad Antipam filium ~~alterum~~ dicis Lib. 18 Cap 15 Antiq. Josephus ait: regnasse in sua Thetrarchia, usque ad textium annum Caji Caligulae, quo, hic Imperator exautoravit eum, dedit que Thetrarchiam Agrippae: Ex quo, et nummo suo, cum inscriptionibus, per anversum: Cajus Caesar Augustus Germanicus. et per reversum: Herodes Thetrarcha 43. evincitur, eum regnasse 43 annos, quos, si detrahis a 793, invenies annum 750 U.C., quo, Obiit Herodes Pater.

Ob. II: Non pauci Chronologi, et Theologi sentiunt, cum Antiquis Patribus, Christum natum fuisse anno 748 U.C., vel 749; Ergo Prob. antec. ~~Fere~~ Omnes ~~[illegible]~~, ~~et~~ Antiqui Patres

Patres a' sustibuatte plurimum, constans, et Verax Traditio ipsem dixerunt: Christum passum fuisse, Consulatu Rufii, et Rubelli Gemini, qui est annus 29 Æ.V.D. seu 782 U.C.: Atqui si illo anno obiit Christus, cum decessus fuisset aetate 33 annorum, si hos detrahis a' 782 U.C., invenies eum ortum, anno 748 U.C., vel 749.: ergo.

Ob. III: Æ.V. exordium sumpsit anno 754 U.C.: sed constat ex vetustissimis monumentis, apud Zaccagnium, et Bonguzium, solido quatriennio Æ.V. antevertisse, a' Christi Nativitate; Erg. Prob min. Cutalius Episcopus Sulcensis, scribit: Usque ad Consulatum Leonis Aug. (qui prodiit anno 458, Indict. 12. et Epochae Diocletiani 173.) exactos fuisse a' Nativitate Domini 462 ann. Erg. comparatis numeris, solido quatrienio ante 754 U.C.

Ad solutionem I. Argumenti, deducti ex regnatu Herodis Magni, et Filiorum ejus. et Chronotaxi Josephica, quia haec Epochae sunt arma, quibus Adversarii Æ.V.D. belligerant contra eam, alliqua notanda veniunt.

Nota I. Quod Josephus, Athlas Modernorum, Lib. 14 Antiq. Cap. 17 scribit; quod Anti

pater Commisit Filio suo Herodi, Galileam, 15 tan-
tum annos habenti. quod vixit septua-
ginta annos: et quod Commisio Galileae, incidit in annum 707.
U. C. Lib. dict. et 17. Cap 8.

Not. II: Quod Lib. 14. Antiq. ait: anno 688.
U.C., habebat Herodes 5 ann: et in 714 U.C.
acclamatus fuit Rex Judaeae, á Senatu Roma-
no.

Not III: Cladem Hierosolimae, et occisionem
Antigoni, illatam á Sosio, et Herode, accidisse
Consulatu M. Agrippae, et Canini Galli; anno
U.C. 717. In eodem tempore, illata fuit á Pom-
peyo, aequalis calamitas, urbi Hierosolimae, et
Judeis, nam eadem die, 27 ann. antea capta fu-
erat. Lib 14 Cap. 18: Ipsa haec Calamitas accidit
in Consulatu M. T. Ciceronis, et Antonii. anno
691. U.C. Lib 17. Cap 8.

Nota IV: Post mortem Herodis, funebrem
luctum, et planctum, concitatam fuisse, con-
tra Archelaum, magnam seditionem judae-
orum, ut addipiscerentur Vindictam, mortis
Illustrium Judeorum, quos Herodes Pater
combussit igne; quam cum videre non potuisset,
post mortem tantum milium eorum, profectus
fuit Romam, ubi invenit alliam novam, eo quod

adventassent Legati Judaeorum, ad Senatum, petentes, ut abrogaretur Regnum Judaeae, et laxaret eos, sub moderatione Praesidis Syriae. Quo tempore, etiam Fratres ejus, Philippus, et Antippas accesserunt Urbem, et in Synodo Imperatoris, litem de successione Paterna instaurarunt. Lib. 7 Ant. Cap. 12.

Not. V: Quod Philippus, in Thetrarchia, quam obtinuit, regnavit, post obitum Patris, 37. ann. quibus vita decesit, in Consulatu Proculi et Nigrini, anno U.C. 790 Lib 18 Cap 15.

Nota VI Quod Gravesonus. Tract. de Myst. et an. Christi. Dissert. 6. scribit: Philippum in ampliatione, et renovatione Civitatis Bethsaidae, occupasse duos annos, ante Dedicationem Illius nomini Juliae: Et quod ab Obitu Patris, anno jam emmenso, Romam adfuerunt Filii, Litem de successione Paterna, inter eos enatam Instauraverunt, ibique disputata, atque finita fuit.

Not. VII: Quod Decisio Caes. fuit ut Archelaus, sub titulo Thetrarchiae, haberet dimidiam partem Judaeae: Et altera dimidia, divideretur, sub aequali titulo, inter Philippum, et Antippam. Accedamus jam ad solutionem, Argumentorum.

Ad Ad. I. in omnibus partibus, Aerorque Argumentum. Juxta Josephum (Not. I) anno 707 U. C. quo commisit Antipatri, Filio Herodi, Galileam, habebat iste 15 annos: vixitque 70.: Atqui si 707 U. C., quo habebat 15, addis 55, ut fiant septuaginta, invenies mortuum fuisse, anno 762 U. C., 9 anno post Christi Nativitatem, juxta Aeram Vulgarem; Ergo ruit totum apparatum (juxta Chronataxim Josephicam) de morte Herodis, argumentorum, ante Aeram Vulgarem, chronotaxi ipsa Josephica.

Ad hoc dicunt Critici: Quis tale somniavit? Non ita solvitur difficultas. Absque somnio scripsit Josephus, et absque somnio ponitur instantia. At Poswinus, Languius, Casaubonus, Keplerus, Norisius, Pagius, et Alii critici judicant aetatem esse teneram, ut Pater commisisset Galileam ei, et gubernaret Judaeam; dicuntque, mendum irrepsisse in textu: quod, anno 707 U. C. jam Herodes habebat 25 annos expletos, sicque, ubi in Josepho legitur 15, legendum est 25, quia in textu Graeco, pro 25, positum fuit 15: Et Norisius addit, ad solutionem, juxta Josephum, quod diximus Not. II. quod anno 688 habebat 5 annos Herodes.

Sed hoc

Sed hoc non obstanti, adhuc insto Argum.

Vos dicitis mendum irrepisse in textu, quia ubi dicendum erat 25 annos habebat, posuerunt 15, utpote in 707 U.C. jam 25 habebat expletum. Atqui totum hoc est falsum: ergo. Prob. min. A 688 U.C. quo habebat Herodes 5 annos, ad 707 ejusdem, sunt 19 anni: si jungis quinque non completos, fiunt 24 non completi, Ergo falsum quod haberet in 707 U.C, 25 annos complet. falsumque, quod in textu Graeco, pro 25, positum fuisset 15, cum ~~.....~~ 25 non haberet.

Adhuc aliter retorq. Argum. Juxta Josephum: anno 688 habebat Herodes 4 annos expletos, et currebat 5., vixitque septuaginta. Atqui si ~~...~~ 4, addis 66 initos, ut fiant 70, invenies mortem ejus in 754 U.C, anno 2 Ae. Vul. Dionisianae: Ergo ~~.....~~ ~~....~~ infertur ex Chronosi Josephica, Herodem obiisse anno 750, vel 751. U.C. cum ~~..~~ ipsomet Josepho, aliter inveniatur.

Hic calculus ~~....~~ verisimilior est, quam qui deducitur ex Josepho, de tempore regnatus Herodis, utpote ~~...~~ conformior auctoritati, et narrationi Evangelicae: Judei in Lib. Megillat

Thahamt, seu Calendarium eorum 7 dies Casleu
(sub ... in nostro Novembri signatur festum
in memoriam sublati magni Herodis, Antipa-
tris filius, qui sapientes omnes insectatus est. In
mortuo Novembri mense, verificatur aetas
Herodis, Natali Domini eo vivente, adventus in
Regum, Infanticidium, et reliqua, quae à Sa-
cris scriptoribus narrantur.

Sic nos etiam dicimus, eadem autorita-
te, qua Adversarii, mendum irrepsisse in texto
Josephico, dum signavit a prima Epocha an-
no 714 U.C, 37 ann. cum deberent esse 40: a se-
cunda anno 717 U.C. 34, cum deberent esse 37:
quia si á 754 U.C. quo mortuus deducitur, detra-
his 40, remanent 714. primae Epochae, si de-
trahi 37. remanent 717 U.C. secundae.

Mendum evincitur ex hac considератio-
ne: A 688, U.C. quo habebat S. annos
ad 750, quo mortuum fuisse asserunt, sunt tan-
tum 62 anni, si junges 4 expletos, et unum
ineuntem, invenies mortuum 67 anno, ulti-
mo ineunte; ergo false asseritur, regnasse á pri-
ma Epocha 37, á secunda 34; quia contrario mor-
tuus

fuit ante quam moreretur.

Mendum etiam invenimus in textu Josephico, ubi ait: Cladem Hierosolimae, ab Herode, et Sosio, inductam, accidisse Consulatu Agrippae et Galli anno U.C. 717; nam si eadem die indutra fuit á Pompejo altia similis, 27 annorum antecedentia, Consulatu M. T. Ciceronis, et Antonii, anno 691, si his addis 27, invenies cladem secundam fuisse, eadem die; anno U.C. 718 Consulatu Publicolae et Nervae; á quo, post mortem Antigoni, supputandi erant fati 34., et tunc caderet, anno 752, obitus Herodianus: sic que, quaquaque te vertas, invenies in textu Josephico, mendatium, et inconstantiam; et á mendace, quid verum dicetur?

Ad II Circa Archelaum: retorquee Argument: Porte, juxta Josephum, Archelaus ab obitu Patris, regnavit decem annos: in litigio successionis paternae, juxta Gravesonium, consumpserunt annum unum, et dimidium alterius, (nam anno jam emenso, á morte Patris, Romae adfuerunt, litem que de successione instaurarunt.) Sic prount ab obitu Patris, anni 11, et alterius

medium: Atqui si hos detrahis ab anno 753 a U.C., quo exauctoratus, et relegatus fuit ab Augusto, invenies mortem Herodis, in dimidio anni U.C. 748: Ergo cum propugnetis Christum natum fuisse, anno U.C. 748, vel 749, natus non fuit in diebus Herodis Regis. Nec verum etiam est, quod avero anno Cladis Hierosolimae ab eo inductae, regnasset 34 anni: cum ab anno 718 U.C. ad 748, tantum sint 30.

Vel aliter insto, justa retorsionem primi Argum. Herodes mortuus fuit anno 754 U.C., ad 759, quo exauctoratus, et relegatus Viennam fuit Archelaus, tantum numerantur quinque anni: si ab eis detrahis unum, et dimidium, ~~litis successionis Paternae~~, remanent 3, cum dimidio: Ergo false, et mendose ait Josephus, eum regnasse sua Thetrarchia, á morte Patris, decem annos non exact.

Ad III circa Philippum. Retorqueo etiam Argum. Justa Josephum, Philippus, jam Thetrarcha, ampliavit, renovavit que, Civitatem Bethsaidae: hanc Ornatam dedicavit nomini Juliae Filiae Augusti, appellavit que eam, Juliam: Ac quia

ia haec, ob vitam prostitutam, relegata, et avulsa fuit ab amore paterno, juxta omnes, anno 752 U.C. acceptâ fuit hos honores, anno praecedenti, 751 U.C: Atqui in ampliatione, redificatione et ornatu Betsaidae, occupavit, juxta Gravesonem duos annos, et in litigio successionis paternae unum, et dimidium, qui sunt 3 et dimidium, ante dedicationem nomini Juliae, quos si detrahis á 751, quo facta fuit Dedicatio, invenies mortem Herodis, dimidio anni 748 U.C., Ergo si dis Christum natum fuisse hoc anno, vel 749, natus non fuit in diebus Herodis Regis.

Vel alliter: juxta Josephum: Herodes obiit anno U.C. 754. vel 753. Julia, et prostituta, et adultera, relegata fuit anno 752 U.C.; quando fecit dedicationem, tali infami Mulieri?

Alliter 3. iusto arguum. Juxta Josephum, Philippus regnavit 37 annis; obiit que consulatu Accerronii Proculi, et Pontii Nigrini, anno 790 U.C. si á 790 detrahis 37, remanent 753 U.C. cond. praecedentes mortem, et regnatum: Ergo uterque accidit anno 754 U.C.

Sed instabis, inter mortem, et regnatum

intercesserunt tres anni, et dimidium, [alterius, si] quos de-
his á 754 U.C., remanet Epocha Herodis in morte
dimidio anni 751.; Ergo: Sed adhuc subiicio: ju-
ta dedicationem, renovationem, et amplificatio-
nem Betsaidae mortuus fuit Herodes in di-
midio anni 748 U.C.; Cui Epochae assensum p-
tandum est? Certe nullae, quia á mendace qu-
verum dicetur?

Alliter IV retorqueo: Iuxta Josephum, et
aetatem 70 annorum Herodis: hic obiit anno 751
U.C.; adde unum, et dimidium, [alterius] successionis liti-
gii, fiunt 755 U.C. et dimid. ad 790 U.C. obitus
ejus, remanent tantum 34, et dimid: Ergo falso
asserit Josephus, regnasse 37: Si tamen fuit
Herodes mortuus in 750, vel 751 et secundum
efformatum calculum, absque tempore litigii
regnavit 39, vel 40.; Quis in tali inconstantia
et varietate, invenire poterit veritatem?

Ad IV. circa Antipam: Retorqueo arg.
Antipas, juxta Josephum, et numum cujusdam
Rigordianum, regnavit 43 annos in sua Thetr-
chia: si addis unum, et dimidium, litis succe-
sionis paternae, fiunt 44, et dimid. [alterius] ab obitu pa-
tris: Exauctoratio ejus, á Cayo Caligula, anno

anno 3 sui regnatus facta fuit. Hic annus 3. fuit annus 792 U.C. (quia primum computavit, anno 790, quo 17 Calend. Aprilis obiit Tyberius, antecesor) Nunc: si á 792 U.C. detrahis 44. et dimidium, invenies mortem Herodis, annum 747 in dimidio ejus, vel in exordio 748 U.C.; Ergo juxta Vestram sententiam, Christus natus non fuit in diebus Herodis Regis. falso que asseritis, Herodem, á morte Antigoni regnasse 34 annis, Vixisse que 70.

Sed instatis: numum cusum Ligordianum, esse monumentum venerabile antiquitatis, intraepidae fidei, et in impugnabile: Ergo licet momenta dicta, contrarium indicent, standum est monumento antiquitatis.

R. Neg. antec. ratio nem reddit Pagius ad annum Christi 103 n. 6.; jám diu chronologos torquent varia numismata, in quibus Tribunicae potestatis, anni, plures quibusdam Imperatoribus, quam ex certis historiae monumentis, eos regnasse constat: Haec mea de ejusmodi numismatis conjectura. Omnes numi latini, in quibus anni Tribunicae potestatis, annos Imperii excedunt,

„aut mendose descripti, aut Monetarii in
„cudendis errantes. Quoad numos Graecos,
„idem dicendum ac de Latinis, vel existiman
„dum, annos illos non ad imperium, sed ad al
„liquid allud, nobis incognitum, referri.

Haec sufficiat responsio, quo ad numum,
si vere inventum, bene conservatum, et intelle
tum, in quo consistit ejus autoritas. Commo-
mentis autem historiae Herodianae Josephi
objicimus: nihil transeat, quia nihil verum, ex
istimari potest.

Si aliquid existimandum est, adhibeamus
Emin. Baron. qui ait: 34 ann. regnatus Herodis
supputandi sunt, non a Morte Antigoni 717.
vel 718 U.C., sed a Pugna Actiaca, anno 723 U.C.
quo. occiso rivali Antonio, et Cleopatra, Augu
tus relictus fuit Dominus totius Romani
Orbis, seu Imperii: Herodes Traditor aut Ad-
versarius Augusti, secutus fuit partialitatem
Antonii: vocatus fuit ab Augusto, ut redderet
rationem suorum operum: in Insula Rodien
si, comparuit, et coronam, majestatem que in
manibus Imperatoris dimisit, Ille que pius,
praecibus habitis ab Herode, precarie coronam

et reg.

et regnum reddiderei: et ab illo eventu, constituit novam Epocham regnatus, ut etiam Anthiocheni fecerunt: Nunc autem, si 723 addis 31, invenies mortem Herod. an. U.C. 756. post Christi adventum.

Si hoc non admittis, admitte calculum juxta autoritatem Josephicam, in principio solutionis argumentorum, peractum: Nam si anno 688 habebat Herodes 5 annos, non expletos, complevit que eos anno sequenti 689, exactum cujus; quia a 689 addis 65, qui conficiunt summam 754 U.C., in mortem ejus, et 70 ann. suae aetatis, ad annum secundum Incarnat. Nativitatis Domini supervenisse. At replicabis: Josephum non dixisse, annum quintum, esse ineuntem; et respondeo, nec dixisse, esse completum: sed inteligendus est, eo modo, quo, non oponatur Evangelicis scriptoribus. communis Usus loquendi, in numeratione annorum cujuslibet, est, ut habeatur pro completo, annus inceptus. Sic dicitur, Christum triginta annorum esse, cum ad baptismum venisset, et alias, dicitur eum 30 attingisse, ita inteligendus est Josephus, circa aetatem Herodis anno 688 U.C.

Evangelista Luc. Cap. 3 ait: Anno

decimo quinto Imperii Tyberii Caesaris: fac-
est Verbum Domini super Joanem &c. Cum omni
Populus baptizaretur, et Jesu baptizato &c. et ipse
Jesus erat incipiens, quasi annorum 30: hoc est, an-
no 15 Imperii Tyberii, Jesus erat 30 annorum: Sed in
anno supposito fuit annus 15 Tyberii, nisi
782. quo Consules prodiere Ruffius, et Rubellius
Gemini? Si tunc Jesus habebat 29 annos, et 13 di-
quo anno Ortus fuit, nisi 753? nam si à 782 de-
trahis 29 remanent 753 U.C. ¿Contra Contextum
evangelium, quis praevaluit unquam? ¿Josephi-
na Chronotaxis Herodiana, plena mendaciis et
contradictionibus? Absit. ¿Imperium proconsu-
lare, invenimus, ut Chronotaxis Herodiana Jose-
phica prevaleat, etiam plenum contradictionibus?
propulgabimus? Minime.

(Nos dicimus cum Comment. Patre Chronolo-
gorum Baronio, de credentibus script. Herodian. Is
qui tale fecerit, necesarium est, ut relinquat ve-
ritatem Evangelicam; quia Judaeus ille, ponit
mortem Herodis ante Christi adventum: et ad-
dimus, quod adhuc cum tali inconstantia, ex
narrativa ejusdem, invenitur Christum, ortum
fuisse, in diebus Herodis Regis.

Indubitavile nimium est, quod omnes an-

tiqui Patres, qui sustinuerunt sententiam Na-
tivitatis Dominicae, anno 42 Augusti, 752 U.C.,
defensarunt, eum natum fuisse in diebus Hero-
dis Regis; et notarunt (annotarunt) infanticidia hujus, et
mortem. Sic que relinquamus Josephum, immo
cum Const. Traditionis Ecclesiae et Historiae Sa-
crae Iuxta ut ait Tertullianus: Nemo inde instrui
potest, unde destruitur: nemo illuminatur, á quo
contenebratur: Quaeramus ergo in nostro, et á nos-
tris, et de nostro, id que duntaxat, quod salva
regula fidei, potest in quaestionem devenire.

Ad II Resp. conc. ant. et neg. Cons. ad prob. trans.
maj. et neg. suppositum minoris [illegible] [illegible],
[illegible] Patres Antiqui, qui dixerunt Christum
passum fuisse consulatu Geminorum, nec arrexere porie
erunt, consulatum fuisse 28, nec 29 Ae. V. quia non
noverunt eam; si anno Christi supputaverunt
á Nativitate ejus, in 752 U.C., in consulatu Ge-
minorum fuerunt 30. sic etiam, nec dixerunt
eum natum fuisse, anno 748, nec 749 U.C. sed
42 Augusti, qui juxta Hispanicam Aeram,
et Computum Vulg. Commun. (est) 752 U.C. Hac au-
ctoritate, et opinione communi, ducta Ecclesia
Romana, posuit in Calenda, et Martyrologio,
natalem Domini, in praedictis annis.

aqui sul pitro

Usque dum reperta fuit Chronotaxis Herodianam Jo-
sephi et inventum Imperium Proconsulare Tybe-
rii, omnes fuerunt secuti sententiam Antiquorum Pa-
trum: Sed detecta illa doctrina, ait Pagius, variase
se ab antiquorum opinione. Omnes qui Moderni,
inciderunt in novam Natalis Domini, anno 748 vel
749 U.C., propugnarunt eam et propugnant atque concedunt [illegible]
[illegible] eam constans enim et vera traditio Ecclesiae, Do-
minum incarnatum VIII Calend. Aprilis: natum
que fuisse, VIII Calend. Januarias: Fer. sexta [illegible]
Dominica; et ita fatentur Adversarii
quia ut ait S.D. Augustinus Lib. 4 de Baptism.
Cap. 24. Id quod universa tenet Ecclesia, nec Con-
ciliis institutum, sed semper retentum est, non
nisi autoritate Apostolica traditum, certissime
creditur. Si tamen tales Feriae, in annis in-
carnationis, et Nativitatis eorum, quaerun-
tur, nec nominentur inveniri eas: Ergo ad quid
propugnatio talium opinionum, pugnantium
cum constantibus traditionibus Ecclesiae?

Amortius, et eorum Alumni, dicunt Do-
minum incarnatum, et vere natum fuisse an-
no U.C. 748., In Tertia parte Controv. Aquedon
adducit Tabulam Consulum Romanor. cum an-
nexione annorum U.C., AE. V. et Cycli solaris.

Anno

Annus 748 U.C. habet Cyclum solarem 3. Literaz Dominicalem D., qua exit dies 25 Martij anni illius, ad incarnationem Feria quarta: 25 Decembris ad Nativitatem. Feria sexta. Qui exordium Ae. V. sumunt, anno 754 U.C., in illo 748 ponunt Cyclum solarem 4, Liter. Dom. C., qua exit 25 Martii Feria quinta, 25 Decembris Sabbatum, Nos in nostra exacta Ae. V. annus ille 748 habet Cyclum solarem 5, bisextum, Literae Domin. BA. quibus exit 25 Martii, sabbatum, 25 Decembris Feria secunda.

Gravesonius, et eorum Asseclae, dicunt, incarnatum, et natum fuisse, Christum, anno 749 U.C.: ibique ponunt Cyclum solarem 5, bisextum, Liter. Domin. B. A. quibus exit 25 Martii Sabbatum. 25 Decembris Feria secunda. Nos in nostra recta Ae. V. ponimus Cyclum solarem 6; Liter. Dom. G. qua, exit 25 Martii Dominica:, 25 Decembris Feria tertia. Et anno 753. U.C. quo, juxta sententiam Dionisii, quam propugnamus. habemus Cyclum solarem 10. Literam Domin. B., hac, exit 25 Martii Feria sexta, qua die Incarnari dignatus est, et 25 Decembris, qua Ortus est Sol Iustitiae Christus Deus noster, Dominica; hanc sententiam ceteris longe probabiliorem existimo. et merito: quia Quae sententia vere probabilior exit: numquid

illa, quae pugnat cum Traditionibus, eo diametro, aut illa quae roboratur ab illis? relinquamus sententiam, Auditoribus nostris.

Ad III. R. Neg. suppositam maj. Æ. V. a. unquam inivit anno 754 U.C., sed 753: juxta Dionisium, Autorem ejus: quoad minorem erratum est calculum, tam quoad Indictionem, quam quoad annum Diocletiani: Quia si anno 458 Æ. Vulgaris addis 3, secasq. summam per 15, invenies, eum annum habere 11 Indictionis, non 12. Quoad annum Diocletiani: si á 458 Æ. V. detrahis 173 hujus, remanent 285 praecedentes eum, quod est falsum; Annus enim aequalis hujus, 458. Æ. V. est 174.

458
3
461 | 15
01 : 30
(11)

458.
173 ret
285

Facta correctione, tenet Argumentum Euthalii: At quid inde? Plura prodeunt momenta, in favorem nostrae sententiae, sed ut hoc ostendamus, nota, q. Adversarii dicunt, annum primum Diocletiani esse 1037 U.C. Ergo precedens fuit 1036. Si his addis 174 Diocletiani, inducitur A.U.C. in 1210. Si ab eis detrahis 458 Æ. V., et Consulatus Leonis, remanent 752 U.C. ante Æram Vulgarem. Si detrahis 462

1036.
174 add
1210. U.C.
458. retr
752. U.C.

1210 U.C
462
748. U.C.

remanent 748, ad Nativitatem, juxta Cuthaliz et huic sententiae, reponimus solutionem antecedentium.

Momenta sunt: Primo, quod talis annus non habet notas Characteristicas ut possit Incarnationis, nec Nativitatis nominari; secundum: quod in tali sententia, annus 15 Imperii Tyberii, erit, juxta inventam Epocham Proconsularem, annus 777 U.C. et tunc nec in duobus sequentibus, extitit Pilatus in Hierusalem: et sacer Textus ait: Procurante Pontio Pilato Judaeam. Tertium: quod per detractionem jam factam, Annus primus nostrae Ae. V. D. fuit 753 U.C., 45 Julianus. Quartum Quod si á Consulatu Leonis 458 Ae. V., detrahis 174 annos Diocletiani, in eo supputatos, invenies 284 Ae. V., ante Diocletianum. Ergo primus hujus fuit 285. Ae. V.

ADIV. Ig

Ob. IV. Descriptionem factam á Cyrino Praeside Syriae, ab Evang. notatam, tempore Nativitatis Dominicae, non fuit anno 753 U.C. quia notata non est in Lapide Anciirano, ubi alliae scriptae fuerunt. Ergo.

Ob. V. Nativitas Domini fuit toto Orbe in pace composito: Atqui juxta Norisium anno 752 et 753 tio Universo Romano Orbe armorum fragor

resonavit, ob Parthicum, Arabicum, et Armenium bellum. Ergo.

Ad IV Ap. neg. antecedens. Descriptio facta á Cyrino Praeside Syriae, cum acensationibus aequivocatur. Evangelista Lucas non loquitur de acensatione, sed de descriptione Universi Orbis, quam Ordinavit Augustus, toto Orbe in pace composito, ut gessit David, ad sciendum numerum animarum per domos, et familias: et haec facta fuit á Cyrino.

Sed dato, quod acensatio fuisset, ex quo antata non fuisset, in Ancirano Indice, nihil probaretur, ex Argumento negativo. Aera Hispanica, ita appellata fuit, ab aere, seu tributo, quod solvere debebant Hispani Romano Populo, ut ait S. Isidorus; exordium habuit a Decreto Augusti anno 716 U.C. et tamen notatum non fuit in Indice Ancirano, ut fuerunt tres allii census, de annis 726 U.C. 746. et 767 U.C. juxta Gruterum.

Ad V. Ap. Conced. maj. et neg. min. Ecclesia docet, et Ecclesiae credimus, plus quam Novum

Assertio.

De Baptismo D. N. J. Christi.

Nota I: Duas Epochas denotari á sacro Evangelista Luca Cap. 3. Prima: in vocatione Joannis, ad parandas vias Domini, praedicandum que baptismum poenitentiae, in remissionem peccatorum. ibi: Anno decimo quinto Imperii Tyberii Caesaris, procurante Pontio Pilato Judaeam:: factum est verbum Domini super Joannem &cc. Secunda: Baptismi Domini: ibi: Factum est autem cum baptizaretur omnis Populus, et Jesu baptizato apertum est Coelum &cc. et Jesus erat incipiens quasi annorum triginta.

Nota II: Gravesonius, inter vocationem Joannis, et baptismum Christi, ait, intercessisse integrum ferme annum; quia non parvum spatium interfluxit, ex illis verbis Pauli, Actorum Cap. 13 ℣. 25. Cum impleret Joannes cursum suum, dicebat, quem me arbitramini esse? Non is ego sum: sed ecce venit post me cujus non sum dignus calceamenta pedum solvere.

Nota III: Juxta Chronologos modernos

duas etiam Epochas denotari, annorum Imperii Tyberii Caesaris: Prima Augustalis, quam post obitum Augusti, adeptus fuit Imperium 19 die Augusti, anni 767 U.C. Secunda: ab anno, quo assumptus fuit in Collegam, ab Augusto, S. P. Q. R. Haec varie supputatur a Chronologis modernis. Amortius, cum Blanchino et Asseclis suis, ait: eam adeptum fuisse, anno U.C. 762, quo Consules prodiere Sulpitius Camerinus, et Papeus Sabinus. Sic in 3 part. Commentar. Agred. Graveronius cum suis, Tract. de Chrit. et ann. Christi. Dissert. 9. pag. 181. ait: exordium Imperii Proconsularis, peti debet ab anno U.C. 763. sicque annus primus imperii Proconsularis Tyberii, copulari debet cum anno U.C. 763, quo 5 Calend sept. seu 28 mensis Augusti, renuntiavit Imperii Collegam &c.

Pagius, ut ait Bertius. De Theolog. Discip. Lib 29 Dissert. II Cap 2. primum propugnavit cum Schelestratio, et Graversonio quod Imperium Proconsulare adeptus fuit Tiberius anno 763 U.C., Consulatu Dolavel. et Silani; at postea retulit, ad annum U.C. 764 Consulibus Lepido et Tauro. At Bertius ibi ait: Imperium adeptum fu

ve Tyberio iterum anno U.C. 765 Germanico et Capito
ne Consulibus.

Atomnes fundantur in autoritate Velleji Paterculi, qui Lib 12, Cap. 121, de Tyberio, ait: S.
P. Q. R. postulante cum Viuninium Quaestiones
aestione magis quam poena mollisset, Patrique
ut aequum eí jus in omnibus Provinciis, exer
citibus que esset, in Urbem reversus continuatio
ne bellorum dilatum, ex Pannoniis Dalmatis que
egit triumphum. His jam notatis in duas
nos vertimur sententias, circa tempus bapti
mi Domini.

Prima.

Propos. Christus baptizatus fuit á Joanne,
die sexta Januarii, anno 783 U.C. 31 Ae V.D.
75 Juliano.

Probat. Quia de baptismo ejus, ait Evang. Luc.
et Jesus erat incipiens quasi annorum 30: At
qui anno 783 U.C. 31 Ae V.D. 75 Juliano, Je-
sus attingerat aetatem triginta annor. Ergo.
Prob. min. Juxta Dionisium Exiguum, Chris
tus Ortus fuit 8 Calend. Januar., ann. 753 U.C.,
45 Juliano.; Atqui si supputas dies, et annos
Christi, á Natalitio ejus, usque ad sextam Janu
arii diem, (qua, Traditio Ecclesiae est, baptizatum

fuisse) anno U.C. 783, Ae. V. 31., Julianae Con
tionis 75., invenies eum attingere aetatem 3.
annori: Ergo.

Ob. Christus, porro, Occisus fuit, anno
35 Ae. V.: Atqui si statuis baptismum ejus
anno 31 Ae. V., inter baptismum, et mortem
ejus intercessere quinque Paschata, et quatuor
praedicationis anni, quod est contra Contex
tum Evangelicum Joannis, qui tantum qua
tuor Paschata, et tres praedicationis annos
describit: Ergo. Prob. min. Quia ille, tantum 4
refert: Prima Cap. 2. v. 1. Secunda Cap. 5. Tertia
Cap. 6. Quarta Cap. 21 v. post quam,
Crucifixus fuit: Ergo.

Rs. Conced maj. et neg. min. Ad prob. Con
antec., et neg. cons. Quia non est contra con
textum Evangelicum Joannis, quod inter bap
tismum, et occisionem Domini, fluxe
rint quinque Paschata, et tantum abeo refe
rantur 4, et 3 Praedicationis anni.

Et ratio desumitur, ex ordine Chro
nologico, quo scripsit sacer [illegible] hanc his
toriam. Nam Cap. 1. post narrationem gene
rationis Aeternae Divini Verbi, facta alia
usque

usque ad baptismum, claudit sermonem cuz electione Discipulorum, Petri, Andreae, Philippi, et Nathanaelis. Transit que ad secundum Cap. et incipit: Et die tertia, Nuptiae factae sunt in Cana Galileae: et erat Mater Jesu ibi: Vocatus est autem Jesus, et Discipuli ejus ad Nuptias.

Has nuptias traditur, factas fuisse die sexta Januarii: hac ipsa die celebrantur ab Ecclesia, sicut baptisma ejus. In una eadem que die, accidere non potuerunt: tum, quia cum Dominus baptizatus fuit, non habebat Discipulos, quos habuit in Nuptiis. Tum, quia textus ait: die tertia Nuptiae facte sunt, quod inteligimus, á sessione habita cum Natanaeli. Ergo ut omnia verificentur, necesum est, quod inter baptismum, et Nuptias, intercessisset annus unus integer, quo tempore, stetit Majestas nostri Reparatoris, tamquam in oculto, usque ad tempus manifestationis ejus.

Hoc ipsum videtur ostendere Divina Historia, cum post miraculum stupendum conversionis Aquae in Vinum Optimum, ait: hoc

fuit initium signorum Jesu, in Cana Galilaeae et manifestavit gloriam suam, et crediderunt eum Discipuli ejus. Non dum inceperat, ad publicum, ministerium Praedicationis suae, dare signa Divinitatis suae, patrare que miracula. Tunc incepit, et tunc crediderunt in eum Discipuli, haesitantes de sua Divinitate. Cum autem illo anno, á baptismo, ad nuptias, privatae vitae, nihil ad publicum fecisset, ideo sacer Historiator non fecit mentionem Paschatis illius anni, at illa quatuor, ob magnalia opera in eis patrata tantum descripsit.

Secunda.

Propos. II: Christus baptizatus fuit sexta die Januarii, Dominica, anno Æ. V. 32. U C 784. Jul. Correct. 76.

Prob. Traditio Ecclesiae est, Christum baptizatum fuisse, die Dominica, sexta, Januarii: Ita Cannon 8. sext, Synod. General. et S. Augustinus Sermon. 154: aetatem habens triginta an. Atqui in nullo allio anno quam 32 Æ. V. 784 U.C. 76 Juliano, ex praecedentibus, et subsequentibus, fuit dies Dominica 8 Idus Januarias, et aliunde tunc habebat Dominus 30 annos aetatis [illegible]: Ergo

Ob. I: si Christus baptizatus fuisset 8 Idus Januarias ann. 32 Ae. V. D. natus que octavo Calend. Januar. anno primo Ae. V. sequeretur baptizatum fuisse habens 30 annos expletos; Atqui hoc pugnat Evangelio Lucae, quo legitur: et Jesus erat incipiens quasi annorum 30, cujus expressio incipiens denotat aetatem inchoantem: Ergo.

Ob. II Juxta Amortium et Blanchinum in 3 Part. Contrav. Agredan: Cum sit constans et certa traditio, Christum passum fuisse anno 28 Ae. V. quo Consules prodierunt Ruffius et Rubelius Geminus et ortum anno 748 U.C. quinque vel sex annis ante Ae. V., vocatio Joannis et baptismum domini, esse non potuit anno 15 Imperii Augustey Tyberii, sed Collegialis seu Proconsularis, de qua Epochá locutus fuit Lucas: Atqui haec Epoca exordium sumpsit anno 762 U.C. Consulatu Sabini et Camerini, á qua anno 15 Tyberii Proconsularis est annus 776 quo factum fuit Verbum Domini super Joannem &c: Ergo.

Ob. III: hoc Argumentum repetitur á Graversonio cat cum differentia, quod annus primus proconsularis Tyberii juxta ipsum fuit 763 U.C. exorsus á du

28 Augusti, et decimum quintum Proconsulatus ait esse 777 ad vocationem Joannis: Pagius, reponit, ut repliciam; et quamvis primum duxerat Imperii um Proconsularem sumpsisse anno 763 U.C. postea tamen illud transtulit ad annum 764. U.C. sic, decimus quintus ejus est 778 U.C. Bentius etiam instat sub praesidio Apochae Proconsularis, at annus primus Proconsulatus in sententia ejus fuit annus U.C. 765, Consulatu, Fortis et Capitones. Sic omnes, propugnant Christum passum in Cruce fuisse, duobus Geminis Consulibus cum inter se, quoad baptismum Domini, quatuor integris annis discordent.

Ob. IV. si ut asseris, Christus baptizatus fuit anno 32 AE.V., non fuit anno 15 Imperii etiam Augustei Tyberii Caesaris, quo factum fuit verbum Domini ad Joannem, et ad baptismum Domini. Ergo. Antecedens patet, quia die 19 August anni U.C. 782 complevit Tyberius suum 15 annum Augusteum: ergo.

Ad 1 Respond. Conc. maj. et neg. min. Ad prob. Conc. maj. et neg. min. Quia to incipiens non refertur ad aetatem Domini, sed ad manifestationem ejus, ex testimonio Aeterni Patris in baptismo

tism

baptismo: Tu es Filius meus Dilectus, in te complacui mihi. Eo quasi refertur ad aetatem at inde finite, seu indeterminate. Sic Justinus exponit Verba Joannis: cum haberet plus, minus ve 30 annis. Joannes Cap. 6 ait hora erat quasi sexta et Cap. 4 ψ 19 quasi libras centum, et non excludit horam esse minus quam sextam, nec plus minusve quam centum. Marc. 8 ait erant qui manducaverant quasi quatuormillia, et Joannes 6. quasi quinque millia, et licet ii Sermones essent de diversis Epochis, nullus affirmare poterit manducantes non fuisse minus aut plus quam quatuormillia in prima, et quinquemillia in secunda.

Non est alienus ab hac sententia S. Ignatius in Epist ad Trallianos, qua ait: Expletis tribus annorum decadibus, babtizatus est á Joanne. Nec Canon. 11 Synod Neocesar. qua statutum fuit Ne quis Praesbiter ordinetur, nisi 30 annorum aetatis impleverit, quoniam et Dominus 30 annorum baptizatus est. In Num. Cap. 4. ψ 23. Tole summam filiorum Cahat á trigesimo anno et supra, ut stent in Tabernaculo Foederis, et ministrent. S. Hieronim. 14 Ezech.

Dominus 30 annorum venit ad baptismum, et trigesimis numeris additis tribus et parte tertia completur. Gene. Cap 41. quod triginta anna dicitur. erat Joseph quando accepit regimen Egipti. Similiter. 2 Reg. de Davide legitur, quod triginta annor. erat cum regnare coepisset. Ezech. etiam in 30 anno coepit prophetare. Ezech. Cap. 1.

Ad II Neg. suppoit maj. quo docetur, Consulatum duorum Geminorum esse annum 28 æ. V. quia est 30, ut evidentissimis mathematicis demonstrationibus, chronologiae que regulis et circulis, ostendimus. Consulatus Geminor. est 782 U.C. annus, si ab eis detrahis 30 remanent 752 U.C. anni. precise preced. Aer. Vul. Dion.

Nego etiam suppositum traditionis Constantis, de obitu Christi Consulatu Geminorum Fuit opinio famosa, autoritate plurium antiquorum Patrum munita, qui ita opinarunt, quia venserunt Christum passum fuisse aetate 30 annor. Omnes seu plerique, dixerunt, eum natum fuisse anno 42 Imperii Augusti, vel completo sub diversis Epochis, reliqui anno U.C. 752.. ab illo exclusio, ad inclusum 782 U.C. Consulatu Geminor sunt 30 aetatis anni, et non compl

Hanc vero opinionem impugnavit Eusebius Caes. 113
in sua Histor. Eccles. secutus autem fuit Hieron.
in suo Chronico de quo 2 parte loquemur.

Numquid constans, et certa traditio Ecclesiae erit Opinio, principiis opposita ex diametro historiae Evangelicae suffulta? Absit. In sensu quo Patres amplexi fuerunt illam sententiam redditur improbabilis, pugnat cum vera aetate Domini in morte: et pugnat cum anno Evangelico decimo quinto Imperii Tyberii, ad vocationem Joannis: Moderni autem ad amovendam, molliendamque difficultatem, appellaverunt ad effugium Imperii Proconsularis Tyberii, volentes sacrum scriptorem Lucam de eo locutum fuisse; sed immerito.

Primo: Ista Epocha Proconsularis Imperii Tyberii, falsa, et commentitia est, et incognita nontantum Graecis, sed etiam scriptoribus Romanii Imperii, ut Suetonius in Octavio Cornelius Tacitus in suis Annalibus, Utterque Victor. Dio Cassius Lib 58. Josephus que de Bello Judaico Lib 2. Cap. 8. qui talem Epocham non noverunt de Tyberii imperio loquentibus: Quo

modo ergo Evangelistas Lucas voluit per ea locutum fuisse, constante Augustali rebus.

Secundo: Quia Tacitus Lib. 1 Annal. Cap. 5. ait quod Tyberio absente acribus custodiis domum et vias sepsit Livia, nuntiis eius, donec Tyberius adventasset, ac tum simul excessisse Augustum, et rerum potiri Neronem fama tulit. Nulla Liviae, post obitum Augusti timendi causa esset, si Tyberius vivente Augusto, nuntiatus fuisset Imperator Collega: nec necessum foret, (ut Suetonius in Tyberio ait) quod hic quasi coactus, et quaerens miseram servitutem acceptasset Imperium, precibus Senatus.

Tertio: Quia Tacitus 1. Annal. Cap. 7. ait Sextum Pompejum, et Sextum Apulejum Coss., anno illo emortuali, primos fuisse ad jurandum in verba Tyberii; quod non ita egissent si, vivente Augusto jam Homagium hoc adeptum habuerat, sub Collegiali Imperio. Quarto: Idem Tacitus Lib. 1. Cap. 6. de Tyberio ait: novi Principatus, primum facinus fuit posthumi Agrippae cedes; quomodo appellasset novum Principatus, si tunc novus, et antea non habitus esset.

Quinto: Quia Romanus Scriptor Spartianus

nus. In Hadriano, loquens de M. Aurelio, et Lucio Vero Imperatoribus simul, et Collegis ait: Hi sunt, qui postea duo pariter Augusti, primi Rempublicam gubernarunt. Si hi fuerunt primi duo simul pariter Augusti Imperatores, ergo falsum, et commentitium est, Augustum et Tyberium, pariter imperatores fuisse, quia eos Romana historia ignotum non fuerat Spartiano.

Sexto: Quia Vivente Augusto Vipsanius Agrippa Tribunitiam potestatem obtinuit ut Dio ait Lib. 54, et numquam appellatus fuit Imperator Collega. Septimo: Quia Germanico Drusi Filio, postulante Tyberio, Proconsulare Impe Imperium Senatus detulit, Teste Tacito Lib 1 Annalium, et tamen si illius, nemo [illegible] dixit eum fuisse Imperatorem.

Octavo: Quia si vere Imperator et Collega fuisset Augusti, obtinuisset tam in Urbe, quam extra eam, supremam potestatem Imperialem deligendi viros ad capessendas Dignitates, quam non habuit, sed tan[illegible]atam in Provinciis Exercitibusque; ut habent Hispanici Proreges Americanis Provinciis: Ergo non fuit im.

perator; falsa que, et commentitia est Epocha I.
consularis Imperii Tyberii, et [struck out] eam ipso
incognitam, et ab scriptoribus modernis [?]
tam, locutus non fuit Evang. Lucas.

At prescindamus á tali Proconsulari im
perio: et eamus ad annum decimum quintum
Proconsularem Tyberii, quo factum fuit Verbum
Domini super Joannem. Ad hanc Epocham tan
tum viam diximus, quia sub ea procurabat
Pont. Pilat. Judaeam.

Sed nota autoritatem Josephicam Lib. 18 Cap.
5. de Pilato loquente: Cum fuisset Pilatus accu
satus á Judaeis, ad Vitellium Praesidem Syriae,
Marcelo Amico ad procurationem Judaeae mis
so, Pilatum jussit Romam proficisci, responsu
rum apud Caesarem, ad objecta crimina. Ille
decem annis, in sua Provintia exactis, cum nec
se haberet parare Vitelio, ad Urbem iter suum
arripit, quo prius quam perveniret, vita excessit
Tyberius. Hic debitam naturae solvit 17 Cal.
April. anno U.C. 790. Cum necesse [struck out] however parari
Vitelio Pilatus, [struck out] et ad iussum Soculi suc
cessorem, absque mora iter suscepit: et Antequam
ad Urb. perveniret jam vita functus fuerat Tiberius

totum. Ergo hoc factum fuit anno U.C. 780. Severus Sulp. Sero Chron. ait: Pilatum missum fuisse Procuratorem Judaeae, anno decimo tertio Imperii Augusti Tyberii, qui juxta omnes est annus U.C. 780. Jam ad Objeta.

R ad Amort. et Blanch. Neg. antec. et suppositum, quod annus [illegible] 782 U.C. quo Consules prodierunt Ruffius, et Rubellius Gemini, sit 28 Ae. V. D. quia juxta Arzarrejus est 30. Et Retorqueo Argum: per te annus decimus quintus Proconsularis Tybexii est 776 U.C. vel 777.: Atqui tunc non erat Pilatus in Judaea, nec fuit usque ad annum 780 U.C. juxta Josephum, et Sulpitium: Ergo nihil prodest Epocha imperii Proconsularis Tyberii.

Ad Gravesonum. R annum decimum quintum Proconsularem explevisse Augustum Tyberium 28 die Augusti anno U.C. 778. ante quam finiret factum fuit Verbum Domini &cc Procurante Pontio Pilato Judaeam. Atqui Pilatus non adeptus fuit Judeam usq ad annum 780: Ergo perperam appellatur ad Proconsularem Imperium.

Ad Pagium. R male se habere, qui truncat printipia [illegible], licet novus annus

decimus quintus Proconsularis Annus Ti-
nus 779 U.C. usque ad 28 diem Augusti, ut vocat
Joanis fuit intra decimum quintum Imperii
annum, non fuit Procurante Pontio Pilato Jud-
am, quia nondum erat ibi: Ergo perperam mu-
tavit sententiam, appellavitque ad Proconsula-
rem Imperium. ~~Prater~~ quam quod Suetonius de Tybe-
rio ait: Dedicavit et Concordiae Aedem, et non mul-
to post Legem per Consules latam ut provincias cum
Augusto, communiter administraret: Atqui ex
Dione, et Ovidio dedicatio fuit 17 Calend. Februar-
ni U.C. 763. Ergo, si non multo post lex lata fuit
Collegialis Imperii, fuit anno 763: sicque annus
15 Colegialis, fuit anno 778, quo nondum erat Pro-
curator Judeae Pilatus.

Ad. Bertium Ag. Lazarus amplius retem
ut Caperet Pilatum in Judeam, cum supputaret
Epocham Proconsularem anno 765 U.C. Nihilomi-
nus Lib 29 de Theolog. Discip. Dissert. 11. Cap II
Prop. II ait: Christus baptizatus est anno U.C.77
aetatis suae ineunte 30. Et Cap. 3 Prop I ait: In-
ter baptismum, ejusque passionem, tres anni ac
fere tres menses intercessere, et quatuor Pascha-
les quibus retorqueo Argum.

Porro Christus natus fuit 8 Calend Jan
anno 749 U.C. in 779 quo habebat ineuntem
30 ann

30 ann. baptizatus fuit sexta Januar: At qui, si ita est, nec vocatio Joannis, nec baptisma Christi, fuit, anno 15 Proconsulari Tyberii: Ergo. Prob. min. loco citato, pag. 267 ait Proconsulare imperium exordium fuisse a mense sextili, seu Augusti, ann. U.C. 765.: Atqui si ab eo anni supputantur, in 6 Januarii, ann. 779, tantum attingerat decimum quartum annum Imperii: Ergo nec vocatio Joannis, nec baptisma Christi, acciderunt anno 15 Imperii Proconsularis Tyberii.

3º relinquamus Autorem, ut capiat Pilatum in Judeam, anno decimo quinto Proconsulari: hoc exordium sumpsit mense Sextili, illius anni U.C. 779: ab illo, ad sextam Januarii sequentis anni 780, tempora non sufficiunt, ad explendum Joanis ministerium, ante baptisma, quia ut ait Gravesonus, et allii Theologi, inter vocationem Joannis, et baptisma, annus unus intercesit. Ergo baptizatus fuit Christus anno U.C. 781, ac perconsequens cum mortuus fuisset anno sequenti, consulatu

Geminiorum, tantum inter baptisma et mortem annus unus, et duae Paschae intercesserunt: etsi enim concedatur, baptisma fuisse anno 780 U.C. tres anni praedicationis et 4 Paschae, ullomodo verificarentur: Ergo ~~[illegible]~~ quocumque te vertas, invenies assertum hujus Autoris, improbabile.

Praeterquam Epocha Proconsularis vaga est, et incerta, juxta hunc autorem. Nam Dio Cassius loquens de rebus gestis Aemil. Lepido et Statilio Tauro, Consulibus: anno 764 U.C. ait: Tyberius et Germanicus, cum Proconsulare erat Imperium, impressionem in Germaniam fecerunt. Ergo in anno 763 U.C. praecedenti expeditionem, Dignitatem proconsularem habuerat quia non multo post 17 Calend Februarii (qua die dedicavit Tiberius aedem Concordiae) ut ait Suetonius, Capit. 1: lata fuit lex á Senatu, ut communiter cum Augusto Provincias administraret.

Sic praedicta Epocha ferenda non est ad annum posteriorem 763 U.C., quia juxta Dionem exordio anni 764 quo impressionem Germaniae fecerunt, jam Tyberius, et Germanicus Proconsulo

res Imperatores prodierunt. Cum autem ex ea minata Epocha, annus decimus quintus ejus Tyberii, sit 777 U.C. vel 768, et nec in uno, nec in altero, Pilatus esset in Judaea, perperam appellatur ad Epocham Imperii Proconsularis, et tribuitur Sacro Evangelistae, quod de eo locutus fuisset.

Ad IV Ad Disting antec. nonfuit baptisma Domini in anno decimo quinto Imperii Augustei Tyberii, conced. nonfuit vocatio Joannis ad parandas vias Domini, nego. Ideo notavimus in exordio hujus Assertionis quod distinguende erant duae Epochae, in Textu Evangelico; una, qua factum fuit verbum Domini super Joannem, et haec praecise aliganda erat anno 15 Imperii Tyberii Caesaris, quia in eo factum fuit verbum Domini. et in nostro sisthemate, ante quam annus 15 adimpleretur: hoc est anno 782 U.C. ante 19 diem Augusti, fuit vocatio, Joannis. Baptisma ergo Domini cumfuisset post magnam praedicationem Praecursoris, et alia facta ab Evange

listis narratas, ideo accidere non potuit, ipso an
no 15 Tyberii, sed in primo, vel secundo se-
quentibus, ut in prima, et secunda nostra propositione [iam] nostram sen
tentiam demonstravimus.

Assertio

De die, et anno Mortis D. N. Jesu Christi.

Propos. I Christus occisus, et crucifixus fuit pro nobis VIII Calend Aprilis, Feria sexta, anno 35 Ai. V.D. 787 U.C. 79 correctionis Julianae.

Prob. 1 Ex traditione, auctoritate que Patrum. S. Augustinus, in 4 de Trinit. ait: sicut á majoribus traditum Ecclesiae custodit autoritas VIII Calend. April. conceptus, quo et passus. Lactantius de vera sapient. Ante diem septimum Calendar. Aprilis Crucifixerunt Christum Judaei. S. Beda. tom 2. operum. VIII Calend. April. in Civitate Nazareth Galileae annuntiatio Domini, et Crucifixio ejus in Hierusalem: et VI Calend. ejusdem Resurrectio. S Chrisostomus. Homilia Nativ. S. Joan. fuit quando Angelus Nuntiavit Mariae VIII Calend April. Mense Martio, qui est dies Paschae Domini, et conceptione ejus, quia in qua die conceptus, in eadem et passus.

Probatur II ex vetustissimis Martyrologiis, quorum 20 M.S. testatur Henisquenius, se legisse, aliis que citatis á R. Bertio de Theolog. Discip. Lib 23.

Ex Patribus sententias qui ajunt: eadem die
esse hominem conditum, et redemptum, id qu
25 Martii: Ex antiquo carmine, quo canitur

Salve sancta dies, qui vulnera nostra coerces.
Angelus est missus, et Christus in Cruce passus.
Et ex alio in Martyrol. Viriundem.

Angelus VIII venturus nuntiat Agnus,
et in Cruce, et ipse, pro mundi morte levatur.
et ex observantia Ecclesiae, in celebratione transi
tus S. Latronis, die 25 Martii, qui obiit cum
Christo, in Cruce, et cui dixit Dominus, hodie
eris mecum in Paradiso.

Prob. III: Quia S. Beda, ait in Libro de Na
tur. Rer. Cap. 45: Nam quod Dominus noster
Jesus Christus Crucem ascenderit Luna XV. fe
ria sexta, nulli licet dubitare catholico: et ex
insigni miraculo juridice comprobato, ex Pomp
jo Sarnelli Episcopo. Vigill. qui refert, Andriae
servari unam ex spinis Coronae Domini, san
guinis guttis aspersam, quae ubi concurrit Para
sceve, cum VIII Calend. April., diffluunt, totamque
spinam cruentant, ita tradit Beatus. Loc. cit.

Prob. 4: Quia annus 35 nostrae Aer. V. Dion
sianae. habet Cyclum solarem 16 Literam
Domin

Dominicalem B. qua exit 25 die Martii Feria sexta: et in nullo allio anno, ex antecedentibus et subsequentibus, eam invenies: Ergo hac die, et anno, Occisus fuit Christus, et Crucifixus.

Prob. V. Litterae Pilati, quibus á Senatu petiit Christi Apotheosim (que conscriptae fuerunt in Chronic. Eusebii) anno U.C. 788. qui est 36 nostrae Ae. V. Dion. 80 Julianae Correctionis; ergó anno antecedenti 35 Vulg. Ae. 787 U.C. 79 Juliano mortuus et Crucifixus fuit.

Prob. VI: ex miraculoso Eclipsi, trium horarum, dum Dominus pependit in Cruce, ab hora sexta, usque ad horam nonam: degna sacri Scriptor. Flegon. Jul. African. allii que; et ex implemento LXX hebdomadum Danielis in Cruce Domini, anno illo 35 Ae. V. de quibus, suo loco dicetur.

Propos II: Christus occisus fuit aetate 33 ann. & 3 mens.

Prob. I ex sacra Pagin. qua constat Christum ad baptismum venisse 30 annorum, juxta Luc. et juxta Joanem, post Baptismum 4 Paschara celebrasse, sic que plus quam tres ann. praedicasse; Ergo vixit plus quam 33 annis

Prob. II: Juxta S. Beda Libr. de Natura Rer. Cap. 47. ait: Habet ni fallor Ecclesiae fides, Dominum in Carne, paulo plus quam 33 annos vixisse. S. Hieron. 14 Ezechiel. Dominus triginta annorum venit ad baptismum et trigesimus num. additis tribus, et parte tertia completur. Theodoret. in Daniel: Cum annos circiter tres cum dimidio, praedicasset Dominus, tunc passus est. S. Chrisostom tom. 5 pag. 503: Jesus, Tyberio Imperante cum annorum triginta esset, suam apud discipulos Divinitatem declaravit, ac per tres deinceps annos predicavit. Cum autem Dominus natus fuisset 25 die Decembris, crucifixus que, et mortuus 25 Martii, clare evincitur [illegible], ultra expletos annos, vixisse tres menses exactos: Atqui si supputas a Nativitate Dominica, 25 Decembr., ann. 753 U.C., 45 Juliano, usque ad 25 diem Martii an 787 U.C., 79 Juliano, 35 A. V. D., invenies aetatem in Domino 33 annor. & 3 mensium. Ergo hoc anno Crucifixus fuit, ex ipsa aetate

Ob. I: Ex hac sententia deducitur: Christum passum fuisse anno vigesimo Tyberii, quo, á nullo perito Chronologo testificatur: Ergo.

Ob. II Patres Antiqui dicunt, Christum passum fuisse. Consulatu duorum Geminorum: Ex quibus Tertulianus adversus Judaeos ait: huius (Tyberii) decimo quinto anno Imperii passus est Christus, annis habens quasi triginta tres. Habes (ait Bertius de Theol. Discip. Lib 23. dissert. II) tres notas, si credimus Hieronimum, annum aetatis 33. Principatus Tyberii, decimum quinti et Consulatum Geminorum: Atqui omnia quadrant anno A. V. 29. Ergo.

Ob. III. Ex Bertio. Victor Aquitanus, suo Chron. Paschali, ait: Et tempore Dominicae passionis diebus calend. Januar: et nominibus Consulum á duobus Geminis Ruffio, et Rubelio. Usque ad Consulatum Constantini, et Ruffii Collectis per 430 annis, cum lunis, atque temporibus: Ergo á Domini passione, ad Consulatum Constantini et Ruffii, idest ad annum 457 Aerae Vulgaris, anni 430 fluxere: á quibus arithmetica numeratione, si retrocedas per annos 430 invenies annum Vulgarem 29. Ergo.

Ob: IV ex eod. Bertô. Ibidem legitur anno à passione Domini 340, Lupicino et Joviano Consulibus, Gratianus Imperator factus est: Atqui Gratianus à Patre dictus est Augustus, Ambiani IX Calend septembr. anno Ær. Vulg. 367. à quo etiam connumerato, si retrocedis per annos 340 sistendum erit in anno Ær. Vulg. 29. Ergo.

Ob. V. ex Ipso: Clemens Alexandrinus Lib. 1. Stromat. pag. 340 ait: Ex quo passus est Christus, ad excidium Hierosolimae sunt anni 42, &c. Origen. Hieronymus quoq. et Josephus Lib 6. de Bell. Judai Cap 10. Capta est Hierosolima, secundo anno Vespasiani, Gorpiei (septembr.) mensis, die 8; Atqui Vespasianus renunciatus fuit Imperator, anno Ær. V. 69 Calend. Julii: Ergo ab anno Ær. V. 70, Vespasiani secundo, anni 42 retroflexi, incidentin annum Ær. V. 29:

Ob. VI. juxta eundem. Sulpitius Lib 2. Histor. ait: A tempore Crucifixi Domini, usque ad Stiliconem sunt anni 372: Atqui Consulat. Stiliconis incidit in annum Ær. V. 400, à quo detractis 372 restant anni 28, post quem annum duos Gemini Consulares prodiere: Ergo.

Ob. VII. Ex ipso: ex Marione diprompto. à Consulas

sulatu Luculi anni 179 usque ad mortem Chri-
ti: et á morte Christi ad Consulatum Caesarii, et
Atici anni 369: Atqui Luculus consulatum gessit
anno 603 U.C.: Ergo si addis 179 exurget annus 782
U.C. Idem evincitur, si á Consulatu Caesarii, et
Atici anno U.C. 1151, retrocedas per annos 369, ex
urget annus 782. U.C.

Ob. VIII: S. August Lib. 8. de Civit Dei, Cap.
54 ait: Christus passus est duobus Geminis Coss.
et á passione Domini, ad Consulatum Honorii
et Euthiquiani fluxerunt 365 ann. Atqui juxta
Beatum Consulatus Honorii incidit in anno Æ
Vulgaris 398 et si retrocedas per annos 365 invenies
Christum mortuum fuisse aetate 33 anor. in Con
sulatu Geminor: Ergo quia Christus natus fuit
anno U.C. 749: Quia 749+33= 782 U.C.

Ob. IX: Cuspinianus profert indiculum ve
tustissimum, ubi legitur Gemino et Gemino, his
Consul. passus est Christus. Et in Cathal. Roman
Pontificum, quod incipit: Imperante Tyberio Cae
sare passus est Christus duobus Geminis Consul
8 Calend. April: Ergo.

Ob. X. Opinionem mortis Christi in Con
sulatu Geminorum fuisse communem, et ab an

tiquis Patribus receptam, ut Clemens Alexandrin. Tertullianus, Origenes, Julius Africanus, Anonymus Chronic. tempor. Severus Sulpit. Lactantius Nicomediensis, Sedulius in Hymno Sam lustra sex &c Orosius, Prosperus, Idatius, Buquerius Cuspinianus Victor Aquitanus, et alii quam plurimi: Atqui hoc non defenderent, si natus non fuisset anno U.C. 748, vel 749: ergo.

Probat. min. ex Ambrosio in Epistola ad Episcopos Aemil. qua ait: annus 373 Ae. V. quo luna 14 incidit in die 9 ante Calend. Aprilis est 89 Diocletiani; atqui si hos detrahis á 373 Ae. V. remanent 284 in anno primo Diocletiani: et si hos detrahis á 1037 U.C qui etiam est annus primus ejusdem, remanent 753 U.C. praecedentes Aer. Jul.; quibus si addis 29 in Consulatu Gemino resultabunt 782 U.C. Cui ab eis detrahis 33 aetatis Christi remanent 749 U.C. ad Nativitatem: Ergo.

Ad I. conc. ant. et neg. cons. Non notes distantiam, sed an veritate nititur sententia. Vide si est conformis veritati, et Evangelio, ac traditionibus suffulta, et tunc de eadem sermo.

Ad. II. Neg. maj. quoad secund. part. in qua supponitur Tertulianum sensisse, Christum passum fuisse aetate 33 annor. Haec lectio in Hieronimo interpolata est, et contra mentem Tertuliani. Textus hujus, loquentis de septuaginta Hebdomadibus Danielis contra Judaeos est sic: Post enim Augustum, qui supervixit post Nativitatem Christi quindecim efficiuntur: cui successit Tyberius, et imperium habuit annis 22 et mensibus septem, diebus viginti: hujus quinto decimo, passus est Christus annos habens triginta, cum pateretur sub Tyberio Ruffio, et Rubelio Coss.

Nota accurate ex textu: Primo quod Domin. supervixit Augustus, á Nativitate, tantum quindecim annis: atqui si verum teneret expresio Tertuliani, in Hieronimo habita, quod decimo quinto Tyberii anno passus fuit annos habens quasi 33, non diceret, Augustum suppervixisse quindecim post nativitatem sed 18: Ergo false ei tribuitur, posuisse natalem Domini anno ulto ante Aeram Vulgarem. Secundo: quod in textu expresse ait annos habens 30 cum pate

patietur. Tertio: Quod Tertulianus non novit Epocham Proconsularem Imperii Tiberii, nec locutus fuit juxta eam: et convincitur ex quo ait: Tyberium regnasse 22 annis, 7 mensibus, diebus 20, quae tempora sunt Augustei regnatus á 19 die Augusti anni 767 U.C. qua debitum naturae solvit Augustus, usque ad 17 Calend. April. ann. 790 U.C. quo vita functus fuit Tyberius. Sic cum dixit: hujus quindecim passus est Christus, habens annos triginta, locutus fuit de Augusteo Imperio.

Quarto: quod expresse ait: Christum habuisse quasi 30, vel triginta, cum pateretur. hoc est, 15 quos supervixisset Augustus, et quindecim Tyberii, quando passus est. et sic non liberatur á censura improbabilitatis, sententiae mortis Christi, in Consulatu Gemin. ex aetate 30 annor. Quinto: quod nihil ad rem. Quod Tertulianus, in libr. Contra Marcionem dixisset, Christum revelatum fuisse anno 12 Imperii Tyberii Augustei, intelligens baptizatum: quia si in 15to Imperii Augustey

tei occisus fuit 30 annorum, per necesse baptizatus fuit anno 12 aetatis annorum 27, contra contextum Evangelicum: et Jesus erat incipiens quasi annorum 30. ad baptismum. Sic nec Tertullianus, nec Patres qui hujus opinionis fuerunt, locuti fuerunt juxta Proconsularem Epocham, ortam et Laudatam à Modernis.

Ad III. Retorques idem Argumentum: Certum, verissimumque est, quod in nostro Cathalog. Consulum, Constantini et Ruffii Consulatus incidit anno 457 Ae. V.; Atqui si ab eo detrahis 430 á morte Christi juxta Aquitanum, remanent tantum 27 Ae. V. Ergo juxta eum Christus passus fuit anno 27 Ae. Vulg. Ergo Christus mortuus fuit in Consulatu Geminorum, ut fert Aquitanus, hic Consulatus fuit anno 27 Ae. V., et non 29. Ergo Christus occisus fuit cum attingeret aetatem 27 annorum, quia tot supputantur ab anno 42 Imperii Augusti, quo natum Confirmavit Aquitanus: et si vis natum fuisse anno U.C. 749 quod Aquitanus non dixit, mortuus fuit, aetate 30 annor. Probatur quia si 27 Ae. V. addis tres, quibus praecedit annus 749 nostram Vulg. Aer.

457.	
430	rest
27.	

30 tantum conficiuntur. Inalo calculavit sup-
putator, et tales sunt vequaelae.

Ad. IV Retorqueo etiam idem Argument.

Certissimum est, Consulatum Lupicini et Jovi-
ani, quo renuntiatus fuit Gratianus Imperat-
tor, esse annum 367 A. V. ita invenies in Catha
nostro Consulum. Atqui si ab eis detrahis 340 suppuratos á obitu Christi, ad illum Consulatum, tantum remanent 27 ann. A. V.: Ergo. cum juxta Victori-
um, christus mortuus fuisset consulatu Gemi-
norum, hic consulatus copulatur anno 27 A.
Vulgaris; et ~~eum~~ cum unaque tantum vice Consules
prodierint, bilocatur anno. 27, et 29 Aerae Vul-
garis, trilocatur. et amplius. Iuia hic apparet,
anno 27: Cuevius Amort. ~~[illegible]~~ eum refert ad annum
28: Gravesonus, Bertius, et allii ad 29. Nos habe-
mus eum legitime in 30 A. V. et fortaiis, pos-
tea apparebit in 33. O. felix Consulatus! [1] quem
pugna famosa facta est in Orbe Litterario.

367	
340	
27	

Ad. V. Trans. maj. et neg. min. Annus pri-
mus Vespasiani non fuit 69 A. V. sed 71. secun-
dus vero 72, et si ab eis detrahis 42 remanent 30
ad Consulatum Geminorum. at quid ad rem? Ergo

Clemens Alexandrinus fuit et ejusdem sententiae
Tertullianus. Ille, sicut iste, supputavit in obitu Chris-
ti aetatis ejus triginta annos: Non ex conso-
num Evangelio Christum passum et mort., cum fuisse aeta
te 30 annor. ergo nec passus, nec mortuus fuit
Consulatu Geminorum. Quod ex calculo
nimirum deducitur, est, quod tam Tertullia-
nus, quam Alexandrinus, et omnes Antiqui,
qui amplexati fuerunt eorum sententiam, in Occisio
ne Christi, supputarunt 30 annos aetatis
ejus, quos recte supputat A. V. Dionisiana
non 29. licet non in morte; sed in Consula
tu Geminorum, quo factum fuit Verbum Do
mini super Joannem.

Ad VI: Verissimum est, Consulatum pri
mum Stiliconis incidisse in annum 400 A. Vulg.,
et quod si ab eo detrahuntur anni 372, rema
nent 28 A. V. Et licet concedamus eum esse
29, quid ad rem? cum Consulatus sit vere 30 A.
V.? Enim vero, quis poterit imputare, absque
censura, Severo Sulpitio, eum natalem Domi
ni posuisse anno 748 vel 749 U.C.? R. Florez.
suo Magn. Opere Hispan. sacr. Editionem

Chronici qui dedit, qua legitur: Christum natum fuisse anno 42 Imperii Augusti, 752 U.C. Si Christus, juxta hunc Autorem, obiit consulatu Geminorum, obiit juxta eum aetate 30 annorum, non plus supputari possunt á 752 ad 782 U.C. non consonat haec opinio scriptis Evangelicis: Ergo Christus mortuus non fuit consulatu Geminorum. Veritas ita inquirenda est, absque subterfugiis, quibus plus offuscatur, quam ostenditur.

Ad VII. Ut transeat quod á Consulatu Luculi ad consulatum Geminorum, numerentur 782 U.C. anni: at vero á consulatu horum, ad consulatum Caesarii et Attici, minime, in Cathal Consulum supputantur plus quam 367 anni. Hic Consulatus incidit in annum A.D. 397, non in annum U.C. 1451, ut supponitur, sed in 1149. quia si 782 U.C. addis 367 conficitur summa annorum U.C. 1149. Si á 397 detrahis 367 remanent anni 30 in Consulatu Gemino, quia Hilarionius posuit mortem Christi: Si a 1149 detrahis 367 remanent 782 U.C. in Consulatu Geminor.

782
367
1149
397
367
30
1149
367
782

Geminorum? hoc est quod quaeritur, et
quod recto calculo, ab Aera Vulgari, in
venitur: autem si Hilarionus
fuit quidem sententiae de Tertulliani, et
quia reponimus tibi responsionem
illis reddidam. At: si à 1149 U.C.
397 Ae. V. detrahis, invenies 752 U.C.
ante Ae. V. ex quo duae veritates Eruuntur in
impugnabiles: Prima: quod annus primus Aerae
Vulgaris, est 753 U.C. non 754, ut false asserunt,
Adversarii. Secunda: quod Consulatus duorum
Geminorum, non est 29 Ae. Vulg., sed 30. Cum
autem hic annus 30, habeat Cyclum solarem
11, Literam Dominicalem A. et haec signet
25 diem Martii Sabbatum, qui voluerit mor
tem Christi, consulatu Geminorum, eam pro
pugnare tenetur in Sabbato. Hac sola considera
tione, ruit totum edificium opinionis, de
morte servatoris nostri, in Consulatu Gemi
nori.

1149	
397	
752	

Ad VIII Retorqueo Argumentum Correc
tum. Christus passus est duobus Gemi-
nis Consulibus, à passione Domini ad Con
sulatum Honorii, sunt 365 anni; Consu
latus hujus est 398 Ae. V. in omnibus Cathalog

398	
365 ver	
33	

Consulum, si ab iis detrahis 365, remanent triginta tres, Aerae Vulgaris ad consulatum Geminum. quo ait S. Doct. mortem fuisse. Ergo falso imputatur Sancto Doctori, sensisse Nativitatem Dominicam fuisse anno 749 U.C. Batius de Theolog. Dicep. Lib II Dissert. II Cap 2 ait S. D. supputasse á Mundo Condito, ad Nativitatem Dominicam 4004 annos, nemini latet annum 4004 M. esse annum [illegible] ante M. V. Ergo si S. Doctor supputavit 33 ann. in Consulatu Geminor. fuit, quia ita vidit [illegible] in aliquo Cathalogo, Consulum, ut diximus de fastis Idatianis, á P. Sirmondo editos [illegible] Pamelius autem in Paradoxo 14 ad Tertulliani textum, ait alium vidisse dictum Consulatum, anno 18 Tyberii.

Ad IX Resp: Indiculum visum á Cuspiniano, de obitu Christi in Consulatu Geminorum, esse eundem Cardinis ac Autores sunt Opinionis Famosae, sed improbabilis.

Ad X. Idem dico: Omnes Antiquiores Patres hujus opinionis, sensisse, Christum natum fuisse vel 42 Augusti Imperii, et eos hac fre runt Plerique, ut ait Pacensis, Vel 752 U.C. ut Idatius, Severus Sulpitius, et Orosius: Omnes

Supputarunt 30 annos aetatis Christi, in ejus morte, et Consulatu Geminorum, ex quo nihil contra avernum. Ad prob. retorqueo Argum. Per vos annus 373 Ae. V. est 89 Imperii Diocletiani. si tamen hos detrahis á 373, remanent exclusivé ante Diocletian.

373
89
284

284. Ergo primus ejus fuit 285 Ae. V. falso quae asseritur, fuisse 284 Ae. V. Per alteram viam. Peravos annus primus Diocletiani in Ae. V.C. est 1037 ergo precedens fuit 1036. si addis 89 imperii Diocletiani, fiunt 1125 anni U. Conditae, in 89 Diocletiani, 373 Christi: si tamen á 1125 detrahis 373 remanent 752 U.C. ante Aeram Vulgarem

1036
89 sum
1125
373
752

Et si 752 addis 30 fiunt 782 in consulatu Geminorum. Sic ex confesione contrariorum juxta hunc rectum calculum, per demonstracionem, infertur Primo: Quod annus primus Aerae Vulgaris juxta ipsos est 753 U.C. 45 Julianus, quia praecedens fuit 752. U.C. 44 Julian. Secundo: Quod annus primus Diocletiani non fuit, nec est 284 ut false asseritur [illegible] sed est, et fuit 285 Ae. Vulg. Tertio: Quod annus, et Consulatus Gemi-

norum non est 29 Ae. V., ut false supponitur, sed 30. quia tot supputantur, ab incluso anno primo Ae. V. 753 U.C. ad Inclusum 782 Consulatu eorum. Quarto: quod annus U.C 1126 quo signatur annus 373 Ae. V., 89 Diocletiani, non est legitimus, sed 1125 et patet, quia juxta ipsos annus U.C primus Ae. Diocletiani est 1037 ergo infallibiliter, annus ante eum, fuit 1036; cui adduntur 89 [illegible] ejus, sunt 1125 exacte, Sic est confessio et doctrina contrariorum, et juxta eam omnes errores eorum retegantur.

Unum tamen non omittimus animadvertere, scilicet: Omnes qui dicunt Christum natum fuisse anno U.C. 749, mortuumque, in Consulatu Geminorum, anno 782 U.C. laborant improbabilitate, defectus aetatis requisitae in morte Domini, quia tantum supputare possunt 32 annos, et 3 menses. cum tamen dixisset S. Beda: habet nifallor Ecclesiae fides, Dominum paulo plus quam 33 annis vixisse: S. Hieron. et Allii

Nec etiam praetermittere intendimus aliud. Argumentum, ab antiquissimo Chronico Alexandrino desumpto, quo Author ejus ait: Caesarius

est

est Christus nobiscum interris, morborum languorum que; omnis Gentis mala curavit, annis 33. mens. 3, quarto vero anno comprehensus, et in Cruce sublatus mense Phamenoth 29.

F. Michael Hugalde Carmelitanus, in suo tractatu Christianae Aerae, contendit, diem 29 Mensis Phamenoth incidisse in 25 diem Martii, anno 35 Christi: at R. P. J. Martin Vribe, celeberrimus Mathematicus, impugnavit eum, fecit que Calculum juxta stilum antiquum Graecorum, quo demonstravit, diem 29 Phamenoth, anno 35 Christi, incidisse, in diem 12 Martii, ut videre poteris in sua Lege, Constanti temporum. At vero absque solido fundamento impugnavit illum, et Calculus probationis ejus rectitudine caret.

Ut hoc ostendatur, sciendum est, quod ante Actiacam Victoriam, ab Augusto consequutam, anno 723 U.C. Neomenia Thoth, exordium anni Graecorum, ob deffectum Intercalationis quadrantis, vagabat, per omnes menses anni Juliani, at

post Acciacam pugnam, et uixit, Augustus, ut anni eorum supputarentur stilo Juliano, cum intercalatione quadrantis quaterna; sic que in perpetuum aequato anno Greco, cum Juliano, Neomenia Thoth relicta fuit immovilis a die 29 Augusti, anni Juliani noni, Cujus correctio, initium sumpsit, anno 724 U.C. 28 ante C. N.

Hoc supposito evincitur Calculum factum a L. S. Utraque juxta varium et incomtantem stilum Astronomorum, ante aequationem, non esse ad rem, cum haberet, comtantem et invariabilem exordium Neomenie Thoth, in 29 mensis Augusti, per quod supputabatur a Grecis, a 59 antecedenti anno, ad 35 Christi; cujus aequationem nobis demonstrat L. Bertius, suo Brev. Chron. Cap. 5 ubi ait: Quorum mensis primus Thoth, cum primum vagus, et movilis foret, Capta a Cesare Augusto Alexandria, anno UC 724... fixus est, 29 die Augusti, ea colligitur ex Dione Lib. 51 Histor. Rom.

Nunc; ut Calculum rectum demonstremus

colligendi sunt dies anni 34 Christi, usque ad 28 Augusti qui sunt 240: his addendi sunt: Thot 30, Paophi 30, Atyr 30 – Choyac 30, Tybi 30, Mechir 30 Phamenoth 29. et conficiunt summam 449 dierum.

Nunc etiam Junges dies 365 anni 34; eis adde Januarii anni 35 dies 31: Februarii 28 Martii 25; [illegible] et videbis conficere eandem summam 449 dierum; ex quo colliges, anno 35 Christi seu Ae. V. D. diem 29 mensis Phamenoth, incidisse in 25 diem mensis Martii. Et cum aliter constet praedictum annum 35 Aerae Vulgaris, habuisse Cyclum solarem 16, Literam Dominicalem B, quae signat 25 diem Martii Feriam Sextam

	Dies
Anni 34 usque ad 28 Aug. ...	240
Thoth	30
Paophi	30
Athyr	30
Choyac	30
Mechyr	30
Phamenoth ...	29
	449

179

Anni 34	365
Januarii	31
Februar.	28
Martii	25
	449

Inde est, quod dies 29 Phamenoth quo mortuus fuit Christus, fuit 25 Martij, anno 35 Ae. V. Feria Sexta

Aureus numerus.	Phamenot	Menses Romani	Litterae Dominical.	Calend. Nonis Idus.
		Februa.		
17.	1.	25.	G	5 cal.
6.	2.	26.	A	4 cal.
	3.	27.	B.	3 cal.
14.	4.	28.	C	2 cal.
		Martius		
3.	5.	1.	D	cal. Mar.
	6.	2.	E	6 Non.
11.	7.	3.	F	5
	8.	4.	G	4
19.	9.	5.	A	3
8.	10.	6.	B	2
	11.	7.	C	Nonis
16.	12.	8.	D	8 Idus
5.	13.	9.	E	7
	14.	10.	F	6
13.	15.	11.	G	5
2.	16.	12.	A	4
	17.	13.	B	3
10.	18.	14.	C	2
	19.	15.	D	Idus
18.	20.	16.	E	17 Cal
7.	21.	17.	F.	16
	22.	18.	G.	15
15.	23.	19.	A.	14
4.	24.	20.	B.	13
	25.	21.	C.	12
12.	26.	22.	D.	11
1.	27.	23.	E	10
	28.	24.	F	9
9.	29.	25	G	8
	30.	26	A.	7

ex sacratissima aetate 33 ann. 3 Mensib. quae est tota nostra sententia.

Pro veritate pugnandum est etiam contra plus dilectum, ut est nobis A. P. S. Martin; quia Amicus Plato, sed magis Amica Veritas. Joannes Stofflerinus de Reformat. Calendar. Nicaen. Prop. 34 sub Lit. O. tradit perpetuam tabelam conformationis annorum Graecorum cum annis Julianis, nostris; et pars illa continens Mensis Phamenoth, est quam vides ad latus hujus [illegible] [illegible] invenies Veritatem quam per Calculum antecedentem tibi ostendimus; quo, perpetuè, est 29 Mensis Phamenot, 25 Martii.

Assertio.

De Eclipse in morte D.N Jesu Christi.

Propos. In die 25 Martii, anno 35. Ae. V. Dom. primo desinente Olympiad. 203, ab hora diei sexta, usque ad nonam, fuit magna, et excelens Eclipsis solis, et terremotus magn. per universam terram.

Prob. I. Authoritate Evang. Mathei. Cap. 27 ℣ 45: A sexta autem hora, tenebrae factae sunt super universam terram, usque ad horam nonam: ℣ 51. et ecce Velum Templi scisum est, á summo usque deorsum, in duas partes: et Terra mota est, et petrae scisae sunt, et monumenta apperta sunt, et multa Corpora sanctorum, quae dormierant, surrexerunt. Marc. Cap. 15. Luc. Cap. 23: Ergo.

Prob. II. Ex Phlegonte. qui apud Eusebium in Chron. hec habet: Quarto autem anno olympiadis [illegible] ducentesimae secundae, magna et excelens, inter omnes quae antea acciderant, defectio solis est facta: dieį hora sexta, ita in tenebrosam noctem versa, ut stelae in Coelo visae

sunt: terrae que motus per Bithyniam, magnam partem Nicaeae Urbis evertit; Atqui ob excelentiam, et magnitudinem durationis ejus, inter eas quae antea acciderant, non alliae diei competit, quam 25 Martii, anni 35 Ae. V., quo Crucifixus á Judaeis fuit Christus, hora sexta ejus: Ergo.

Prob. III ex autor. Dionisii Areop. qui eam observavit: vidit que, deffectum solis, non fuisse per remissionem lucis, sed per interpositionem Lunae, inter eum, et spectatores. Notavit que, quod cum Luna esset in statu opositionis, seu Plenilunii, retrocessit ad statum conjunctionis, seu Novilunii, subintrando ad eclipsem, per partem opositam alliarum eclipsium, scilicet, per orientalem plagam, et post 3 horarum obscuritatis, recessit, pro illa parte qua obscurata prius fuerat. Haec omnia, cum essent extra ordinem naturae, facta, obstupuerunt Magn. Dion. ita ut exclamaret: Aut Autor Naturae patitur, aut Mundi Machina dissolvitur.

Atqui hæc omnia, non allia die accidere poitu sunt, quam illa, qua Autor Naturae passus, et Crucifixus fuit, pro nobis, 25 Martii, anno 35 Æ. V. D: Ergo.

Ob. I Comunis opinio Antiquorum Patrum fuit, quod Christus passus fuit, anno 29 Æ. V. sub Consulatu Duorum Geminorum: et cum deffectus solis á Phlegonte notato, non allius esset, quam ille qui accidit in morte Christi, ut Evangelistae testantur, fuit pernecesse anno 1. Olymp. 202: Ergo non fuit anno 35 Æ. V. primo Olymp. 203.

Ob. II: Phlegonis, ex Eusevio ait, defectum solis fuisse anno 4 Olymp. ducentesimae secundae; Ergo.

Ad I. Nego suppositum anteced. inquantum asseritur, Consulatum Duorum Geminorum esse 29 Aerae Vulgaris verae, quia antecedenter, demonstratum est, esse 30 qui; et etiam inquantum asseritur, Patres Antiquos supputasse in dicto Consulatu 29 annos Christi,

quia supputarunt 30, ut mox, in 2ª parte hujus Opusculi, apparebit. Cum tamen probabilitas Adversariorum, pendeat á falso exordio suae Aerae Vulg., claudicante, defectu ~~[illegible]~~ unius anni, quo, annus et Consulatus Geminor. prodit ~~[illegible]~~ cum Cyclo solari 10, Lit. Dom. B quae signat 25 diem Martii, Feriam sextam cum errore; ideo restitutus consulatus ad suam legitimam sedem, anno 30 Ae. V. D., probabilitas sententiae eorum, evanescit, quia legitime, ei competit Cyclum solar. 11 Liter. Dom. A. qua exit 25 dies Martii, <u>Sabbatum</u>, qua die non mortuus fuit Christus: Sic perperam quaerunt concursum miraculosi deffectus solis, in Consulatu Geminorum, ubi ~~[illegible]~~, habere non possunt notam essentialissimam, juxta Apostolicam traditionem, <u>Feriae sextae</u>

Ad II R. cum ipsis rationibus, quibus Gravesonius, pro omnibus suis asseclis, contendit, juxta Phlegontem, deffectum solis fuisse anno primo Olympiadis

piadis ducentesimae secundae. In dissert. 15 de
Olymp. et ann. Christi, ~~[illegible]~~ ait, primum: mendum
irrepsisse in textu Phlegontis, quo dicitur accidisse
anno quarto Olympiadae ducentesimae secundae
et correxit in primum ejusdem Olympiadae, et
postea ait: Porro, ex sententia antiquorum
Patrum, et scriptorum Ecclesiasticorum, qui ut
superius diximus, docent, Christum Dominum
mortuum esse anno vigesimo nono Aerae Vul-
garis, sub Consulatu duorum Geminorum,
facile colligitur, eos itidem existimasse, eclip
sim solis, quam memorat Phlegon eodem an-
no, sub Consulatu duorum Geminorum, conti
gisse. Probant siquidem illi scriptores, auctori-
tate Phlegontis, Eclipsim solis accidisse anno quo
mortuus Christus est, ac subinde, eodem anno
consignant passionem Christi, quo Phlegon illud
solis deliquium. Si enim Christi passionem
altero quam Phlegon, eclipsim collocaret anno,
non mortem Christi miraculosam, quod inten
debant, Gentilibus persuasissent, sed se ipsos po
tius ludibrio exposuissent. Cum igitur antiqui illi
scriptores mortem Christi illigarint anno vigesimo

, nono Aerae Vulgaris, sub Consulatu duorum
, Geminorum, manifestum est, Eclipsim solis
, cujus meminit Phlegon accidisse eodem anno.

Sic nos dicimus mendum irrepsisse in textu Phlegontis, quare ubi legitur, anno quarto Olympiadis ducentesimae secundae, legendum est anno primo labente Olympiadis ducentesimae tertiae: siquidem Autores illi probant scriptores authoritate Phlegontis, eclipsim solis accidisse anno, quo Christus passus est, ac subinde eodem anno consignant passionem Christi, quo Phlegon illud solis deliquium. Cum autem ex jam traditis, constet, Patres qui de illo solis deliquio scripserunt, ante Aeram Vulgarem, eam nec agnovisse, nec dixisse Consulatum Geminorum esse annum 29 Aerae Vulgaris, sed potius supputasse triginta annos aetatis Christi, in passione ejus, ideo sententia eorum redditur improbabilis:

Consulatu duorum Geminorum 30 Æ.V. habet
25 Martii diem sabbatum; ~~[illegible]~~ propterea mag-
na illa eclipsis solis, juxta Phlegontem, ~~[illegible]~~ iligari,
~~devet~~ debet anno illo, quo vere mortuus fuit Chris
tus, hoc est anno Æ.V.D. trigesimo quinto,
U.C. 787, Julianae Correct 79, prima Olympiadae
203.

De concursu Lunae Paschalis
in Morte D. N. I. Christi

Nota I. Juxta Graveson̄um. Tractat. de Myst. et ann. Christ. Dissert. XV. §. 2. ad solutionem arg. aitur: Judaeos ante Urbis Hierosolimae Cla„dem, nullis Cyclis, nullisque Tabulis Astronomi„cis, in stabilienda anni sui forma, usos fuisse; „sed ab aspectu Lunae Neomenias, seu initia su„orum mensium Lunarium Ordinasse, ut tra„dunt Vetustiores Rabini. apud Langium Lib. I. „de annis Christi Cap. 6 Onufrius Panvin. in fastis „ad annum U.C. 786. Joann. Seldenus Dissertat. de „anno Civili, Veteris Reipublicae, seu Judaicae. P. „Benn. Lamy. de Paschat. Judaeor. et vetus Au„tor apud Clem. Alexandrin. Lib. 6 Stromat. sic „de Judeis scribens. Et nisi Luna apparuerit, „non agunt Sabbatum, quod dicitur primum, „neque agunt Neomeniam, neque Azima, neque „Festum, neque magnum diem.

At Petavius de Doctr. Temp. Tom. 2. Libr. 12. Cap. 15. ita ait: Quod Judaei exquisitissimos Lunae motus, decimasque quartas, perpetuo te-

-nuerint, nullo neque argumento, neque pro-
-babilitatis specie, á plenis que deffenditur. est
-ergo verosimile, bidue non numquam, aut bi-
-duo, á mediis aberrasse civiles Neomenias. sic
que, á prima apparitione illuminatae Lunae, ad
occasum solis, quae Phasis Apparens appellatur,
supputabatur Neomenia Paschalis, seu 14 Luna
primi mensis Sacri Nisam. Et hic erat ille,
quo 14 Luna in Equinoctio Verno, vel diebus
proxime sequentibus, supputabatur.

II. Quod Julius Caesar ita ordinavit annum Correctum, ad Lunam dimensionibus habitis, ut annus primus suae Correctionis, inciperet cum Novilunio, seu Conjunctione in Calend. Januarii. Sic annus 709 U.C, quem aperuit suo IV Consulatu, fuit primus suae Correctionis annus, et quia in Calend. Januar invenit Conjunctionem Astronomicam, posuit illa die, et anno, Aureum num. 1. Epactam Astronomicam XXIX. qua, dies Calendarum fuerunt 30 dies Lunae, seu novilunium, et sic fecit coeteris mensibus, debito loco.

III. Quod Epacta illa signata fuit jux-

ta rigorem Astronomicum; signabat que Novilunium medium, seu diem ejus at cui juxta Lunam Apparentem, esset biduo post Novilunium medium astronomicum; ideo Epacta Civilis hujus, non fuit illa (Exemp. grat.) diei Calendar. XXIX, sed XXVII, sicque de coeteris, itaut Epacta anni quo signabatur Aureus num. 3, et erat juxta rigorem Astronomicum medium XXI, juxta Civilem, Apparentem computum, fuit XIX. His itaq. notatis sit

Propositio: Dies 25 Martii, anni 35 Ae. V. D., 79 Julianae Correctionis, 787 U.C., fuit decima quinta dies Lunae.

Prob. I. Sura ab incluso anno primo Correctionis Julianae, ad annum septuagesimum nonum, qui est trigesimus quintus Ae. V. Dion., fluxerunt quatuor Cycli decemnovenales qui sunt anni 76.; et ad 79. sunt tres, qui conficiunt Aureum num. 3, Epactam que Astronomicam 21, Civilem Apparentem XIX.: Atqui haec Epacta signat 15 diem Lunae, juxta Computum Civilem Apparentem, in 25 die Martii, anni illius: Ergo.

Prob. min: Juxta 19 Epactae, et 25 dies Mantii; sunt dies 44, á quibus si detrahis 29 dies antecedentis Lunationis, utpote fuit in ordine Cava, remanent 15 dies Lunae, in 25 die Martii: Ergo. Vel aliter demonstro: á 19 Epactae ad 30 dies Lunae, sunt 11 dies Mensis Martii, quibus, si ab incluso 11., sequitur 14 dies Lunae, invenies eam, in 24 die Martii, anno illo, Feria V, in Coena Domini, in qua comedit Agnum Paschalem cum Discipulis suis, et instituit admirabile convivium sui Corporis, et sanguinis: Et in sequenti 25 Martii, Lunam XV, Feriam sextam, qua Crucifixus, et occisus fuit á Judæis: Resurrectionem que ejus, VI Calend. Aprilis, una, seu prima Sabbatorum: ut Evangelistæ docent, et scribunt.

Prob. II: Petrus Comestor in sua Histor. Evang. Cap. 194. de hoc argumento ait: si Tabulam Computi diligenter retro praecurramus, inveniemus Lunam Vigesimam secundam, Calendis Aprilis, Feria sexta: ergo in antecedenti Feria sexta, Lunam decimam quintam. Vidit, absque dubio, Comestor

Prob. III: S. Beda. Libr. de Natura Rerum cit. de concursu Lunae 15, VIII Calend. April. Age Deo gratias, quia quod quaerebas, sicut Dominus promisit, te invenire donavit. sed non ita dixisset, sinon vidisset in computo Juliana Correctionis: Ergo. Nec Dionisius, nec Beda decipiendi erant; quia utpote Astronomi celeberrimi, sciebant exordium anni Juliani, cum Novilunio, in Calend. Januarij illius: quod 45 annus Julianus, fuit primus sui computi Incarnationis: quod trigesimus quintus suae Aerae, fuit septuagesimus nonus Julianus: quod ille anno habuit Cyclum solare 16., Literam Domi. B. qua 25. dies Martii fuit Feria sexta: et per Epactam Julianam XIX, Apparentem Lunam, Civilis Computi, XV.

Ob. I Juxta exactissimos Astronomos hujus temporis, et suos rectissimos Calculos; annus 35 Christi Dionisianusque habuit Plenilunium in die 12 Martii, 9 hor. 17 m. 37 secund post Merid.: Ergo. Probatur, demonstratione Calculi.

Erit que: Mundi 4004 + 35 = 4039 − 1 = 4038 completi.

Dies	hor.	′	″	
28.	18.	50.	39.	Radix Mund.
32.	17.	9.	58.	4038 annor. Epacta.
29.	11.	15.	57	Martij. Epact.
90.	23.	16.	34.	Summa. Resta à
118.	2.	56.	12.	4 Revolutionibus
27.	3.	39.	38.	Nov. med. resta med. revol.
14.	18	22	1.	sequentem.
12.	9.	17.	37.	Plenilunium medium, sub meridiano Matritensi, anni 35 Christi, seu A. V. D. 12 die Marz. hor. 9. min. 17. secund. 37. P. Mer.

Rs. Neg antecedens. ad Calculum nego suppositum, quia non est de anno 35 Aerae Vulg. Dion. sed de 36. Nota: Qui objiciunt, supputant cum errore, annos Aerae Vulgaris. Incipiunt eam ~~in~~ anno 46 Juliano; sic eam ~~[illegible]~~ praecedunt 45, si addunt 35 conficitur annus Octogesimus Julianus, qui est trigesimus sextus noster. Nam autem praecesserunt Aeram, tantum 44, quibus si addis 35, conficitur annus septuagesimus nonus, non Octogesimus. Annus 35 noster, est trigesimus quartus Adversarior. quia incipiunt Aeram, cum defecerimus anni. sic cum Calculus esse debeat de anno septuagesimo nono; quia sic est 35 noster, nam 44 + 35 = 79. Et 34 Contrarior. quia 45 + 34 = 79.

de eo formandus est. [illegible] ret quia dicunt: annum ante Aeram Julianae Correctionis, esse Mund. 3959., Juxta eorum sententiam, apperienda est demonstratio. Et erit 3959+79=4038. Vel aliter juxta eos. 3959+45+34=79. juxta nostr. sent. 3959+44+35= 79 omnia sunt similia rest. 1. remanent 4037 Completi.

Dies.	hor.	1.	11.	
28.	18.	50.	39	Ae Mund.
3.	12.	30.	10.	4000 ann. Epact.
14.	22.	39.	15.	20 ann. Ep.
7.	13.	49.	11.	17 ann. Ep.
29.	11.	15.	57	Martii Ep.
80.	6.	5.	12	Summa rest á
88.	14.	12.	9	trib. revol.
8.	8.	6.	47	Novil. Martii. adde
14.	18.	22.	1	dimid. revolut. et adde
	2.	46.	18.	differ. Merid in Jerus.
23.	05.	15.	06.	Plenilunium medium in Jerusalem, die 23 Martii. 5. hor. 15 min. 6 secund. P. M.

Hoc est Novilunium astronomicum medium, juxta radices, et doctrinam adversariorum, Martii, ann. 79 Julian. 35 Aerae Vulg. D. quia per invincibiles demonstrationes, hujus totius opusculi, ostensum est, annum primum Aerae Vulg. Dionisianae, esse 45 Julianum, et 35 Aerae. 79, quia precedentes 44+35=79. Cum ergo, ut plenilunium medium fuit in Hierusalem., die 23., hor. 5, post Merid. et Luna non

appareat illuminata, nisi ad secundum diem Conjuntionis mediæ, nihil desiderandum est ad Convincendum Concursum 15 Lunæ, cum 25 Martij, in anno passionis, et crucifixionis N. Reparatoris.

Sed instabis: [illegible] ut nos supputamus, facimus annum ó Astronomicum ante Æram Vulg. annum 4003, qui neq est, nec potest esse Bissext. Quia 3959+44=4003. et si dividis per 4, est annus tertius, post bissextilem: [illegible] annum autem ante Æram, non est Chronologus, Astronomus que, qui non dicat [illegible] debere esse bissextum: ergo

Ad hoc Rß: errorem si inveniunt, non esse nostrum, sed adversariorum: ratio est: quia contrarii, ab Origine Mundi, us que ad annum ante Correctionem, supputant 3959 annos; nos petimus Calculum novilunii, seu Plenilunii Martii, anni 79 Juliani, et illis additis sunt 4038. Radices, et Epactae, sunt eorum; [illegible] ex Ore tuo te judico. Si, absque solido fundamento, illi sumunt initium Æ. V. in 46 Juliano, hoc etiam non est nostrum: sibi imputent quod notant. Et si volunt habere annum ante Æra Vulg.

Vulgarem, annum 4004 M., ut ego habeo (In Epitome Clavis, Artigi edito) faciant annum ante Ae. Julianam, Annum 3960 Mundi, et primum 3961. sic Exurit 3960+44= 4004 bisext.

Obj. II. Aureus num. seu Decemnovenalis Cyclus, Alexandrinorum, perte, traiectus fuit á Dionisio Exiguo, ad Calendarium Ecclesiasticum Nicenum. In eo videmus hodie, annum 35 Aerae ejus, habere Aureum num. 17, qui signat Novilunium in 27 die Martii: Ex nec Plenilunium medium fuit 23 Martii, 5 horis &c. nec civile apparens in 25 ejusdem.

Rx. Disting. antec. Vides Aureum num. 17. in Vigesima septima Martii, qui signat novilunium ibi, nunc, Conced. tunc, neg. et Cons. Aur. num. Nicaenus in tempore Christi non fuit nuntius Noviluniorum. fuit post Synodum Nicaenam. et tantum ea recte signavit 300 annis, et ex tunc, ad reliquos sequentes, semper in assignatione Noviluniorum aberravit, usque ad Correctionem Gregorianam. Tempore hujus, quatuor, vel quinque diebus, irrepsit mendum. tunc jubilatus fuit, et substituta Epacta, et aequationes earum. Tantum

relictus usus ejus fuit, ut Cyclus, regula, et mensura infallibilis annorum, et temporum.

Aureus num. Julianus, fuit numerans Noviluniorum; á tempore Correctionis Julianae, usque ad Nicaenam Synodum. ~~et~~ eo usa fuit Ecclesia, ad assignationem Paschae, quia usque tunc, ~~[illegible]~~ recte moderatus fuerit ~~[illegible]~~, et ab ea, utpote mendaciorum inductor, proscriptus fuit á Patribus.

A primo anno Juliano, usque ad 79. tantum deficere potuerunt 5 hor. 48 min. in quatuor Circulis Decemnovenalibus, quibus, in quolibet, per hor. 1. min 27. a Luna anticipabatur ~~[illegible]~~ Cyclus: ~~[illegible]~~ hic autem deffectus mutare non potuit diem Novilunii, in anno 79 Juliano.

Sicque, Phases priscorum temporum, quaerendae non sunt, nec per posteriores Cyclos, notoriè ineptos, nec per exquisitissimas Astronomorum adinventiones. Hoc bonum erit, ut sciatur quid supputare debuerint prisco illo tempore, at non quod supputarunt. Ad intentum dixit Peritissimus Mathematicus Keplerus. Eclog. Chron. pag 30. « Valdè decepti sunt

nostri Astronomi, his 150 annis, qui ex sua perfecta Astronomia, plenilunia ad Christi tempora, ex pleniluniis festa Judaeorum, ex his, et concursu Feriae, annum passionis Christi jure determinare, alium quam Veteres, aetati Christi proxime tradiderunt. Si quis hodie, omisso computo Ecclesiastico oberrante, ex Astronomia perfecta, acomodatis Decretis Nicaeni: quae jactantur supputare Pasch. superiorum seculorum, his celeberrime aberraret ab annali Paschate: et vix unquam justum historiae annum assequeretur.

Quid ergo dicemus de Astronomicis calculis, prisci temporis? Hiparchus Astronomus notus, fuit opinionis, quod fractiones sexagenariae anni Tropici, fuerunt 55 min. 12 secund. si hec comparentur cum 48 min. 55 secund. juxta sententiam R. P. Martin Uribe, et per unaz, et alteram sententiam, Calcularetur Plenilunium Martii nostre Thesis, á Mundo Condito, ad Christum Occisum, differentia utriusque, esset plus quam 17 dierum: et Phases Luminarium nihilominus

exquisitae à Hiparcho, prisci illi temporibus
Celebrantur in toto Orbe terrarum.

Julius Caesar (ait Gravesonus in apparatu ad tractatum de myst. et ann. Christi) tria praestitit: Primo Equinotia, et solstitia, quae sunt puncta Cardinalia, locavit in Octava parte signorum, seu Octava die ante Calendas Aprilis, Julii, Octobris, et Januarii. Tempore Synodi Nicaenae, in Equinotio Verno, jam irrepserat mendum quatuor dierum: à Patribus correctum fuit, positumque in die 12 ante Calend Aprilis. Tempore Correctionis Gregorianae, jam descenderat Equinotium Vernum, ad diem 5 non. Martii Correctum fuit, à Mag. Gregorio, sublatis decem diebus mensis Octobris; et ut non amplius mendum serpat, efformatus fuit circulus 400 annorum, exquibus tres centenares sint communes, cum à Lege bisextiles essent, ut consumantur fractiones sexagenariae. et non tamen delinqui dicatis periclitare Gregorianam Correctionem, quo ad justificationem ejus.

Cx

Ex hucusque dictis, evincitur, regulam rectam, inventionis plenilunij anni 79 Juliani. 35 Ae. V. Dion., quo Christus passus fuit, esse Aureum numerum, et Epactam Julianam; quae á primo computi Juliani anno, ad 79. aberrare in uno tantum die, illo tractu temporis, non potuit: Haec ita, fuit Ecclesiae et Disciplinae ejus, illis temporibus usque ad Nicaenam Synodum, regula.

Sic SS et. Att. P.P. dicunt: Dominum Carnem sumpsisse VIII Calend. April. Feria VI.; natum fuisse VIII Calend. Januar. Dominica; Vixisse 33 annis, et 3 mensibus: Occisum fuisse VIII Calend. April. Feria VI. qua supputabatur decima quinta dies Lunae, Primi Mensis Sacri Nisan: et resurrexisse VI Calend April, Dominica, seu una sabbatorum. Totum hoc, (et quod postea dicemus) invenitur, et comprehenditur, á primo Ær. V. Dionisianae anno, ad 35 Christi. 79 Julianum; quare defferendum merito videtur ad Sententiam, qua quantum est Evangelicae Historiae, et Apos

tolicae Traditionis verificatur, juxta exactam Aeram Dionisianam, cyclos, regulas et canones ejus constantes.

Sed adhuc instabis juxta aequationem Epactarum, factam á Peritissimis Astronomis, per varias, exquisitissimas observationes, quarum, anno 35 Christi competit Epact. III. cum juliana sit XXI: Ergo.

R. I: Quod jam dictum est, antecedentibus solutionibus. II: [illegible] dato, et non concesso, quod Aequatio Epactarum sit exactissima, et ex hac aequatione oriatur durissima, et insolubilis dificultas, naturaliter [illegible] concursus duarum Epactarum inter mortem et Resurrectionem Christi D. N. Salvatoris apprime cum posibili myraculo, Divinae Omnipotentiae, non absre, in Morte Unigeniti Sui.; Quis scit quot fuerunt myracula, quae Deus patravit in morte Filii Sui, et quo momento, motus fuit ad ea?

Audiamus Ambros. Lib 10 ad Luc. Cap. 3.: O duriora saxis Judeorum! Finduntur petrae, sed eorum corda obdurantur. Judex ar

„quis: Credit Minutor, Proditor scoelum suum
„morte condemnat: Elementa fugiunt: Terra con
„cutitur, monumenta reserantur, Judeorum ta=
„men immobilis duritia manet, Orbe concuso.
„S. August. Serm. 130. In cruce hoc myraculum
„operatus est, ubi maxime omnipotentiam suam
„demonstrat, omnipotens: non mortuum resu
„citans, non demones ejiciens, sed crucifixus,
„derisus, atque contemptus. In eodem enim tem
„pore pasionis, Crucifixionis, Universam turbavit
„Creaturam.

Juxta Areopagitam, et Phlegontem, (ut se
quenti asertione notabimus) Luminaria Ma=
na vagarunt á suo Ordinario motu, constitu
erunt maximum defectum solis, patravit q
Deus plura myracula ad confundendam duri
tiem Judeorum: Quis scit cum turbatae fuis
sent Lumin., quo tempore restituit Deus ea,
et quo loco Zodiac., ut essent in signa, et Tem
pora, et dies, et annos, ut in Genes. Cap. 1. Nec va
let impugnare, quod á nullo notatur, cum no
taretur a pluribus si verum fuisset. Quia

Deus plura abscondit in sinu suae infinitae Sapientiae, ita ut homines non percipiant, usque ad terminum Divinae suae Voluntatis.

III Rs. praescindens a myraculo. Computum Epactarum, et annexio earum ad annos Christi Ae. V. Dionisii, non est rectus: pluribus rationibus jam ostendimus, praecedentibus Assertionibus. et alliquae repetende veniunt. I quod cum initio Aerae ejus sit anno 1. ~~defectus~~ defectus, si petimus ab eis ut ~~[illegible]~~ signent annum 35 Ae. V. in Romana V. C. signabunt annum U.C. 788: quia dicent: 753+35= 788. et ibi signabunt Epactam anni 35; at erit falsa, quia ille annus non est 35 noster, sed 36.

Ut vere signent, ~~[illegible]~~ cum petimus: ~~[illegible]~~ signare debent annum 35 nostrum, et supputare 34 Consules; sic nos, et illi, signabimus annum legitimum 787 U.C. Quia nos 752+35= 787. Contr. 753+34= 787 U.C.

II. et Clarius: In Consulatu C. Caesaris et Aemilii Pauli 754 U.C. 46 Juliano, juxta omnes, nos supputamus, secundum annum Christi, illi unum. Si petimus Epactam anni primi Ae. Vulg dabunt eam in dicto anno 754 U.C. 46 Juliano,

et

sed cum ~~erratum~~ [illegible] Epactam, quia signant in secun
do anno nostro, quae est propria primi veri anni: sic
Epacta Claviana, et anexio ejus, non est exacta. Cla
viana 3. quam habet annus 788 U.C. 80 Julianus, est propria
anni 36 Ae. V. D: Epacta antecedens XXII [illegible]
propria est nostri anni 35, 787 U.C. 79 Julian. sicque
non sunt Epactae duae diversae, quae inveni
untur in anno 35 Christi, sed una et eadem, di
soluto errore, exordii Contrariorum, Ae. Vulg.

IIII: Quod nos non egemus myraculo.

Regula certissima est, computi annorum tem
pore Christi, Aureus num. Julianus, Epacta q
Juliana. Annus primus Computi Christi jux
ta Dionisium, est 45 Julianus. Si 44 addis 35
fiunt 79 Juliani. Hic annus Julianus habet
Epactam Civilem 19, quae dat lunam 15, in
25 Martij. Feriam sextam [illegible]. Totum hoc acci
dit juxta naturalem Ordinem. Si tempora fu
tura non fuerint Concona, qui voluerit myra
culum, quaerat solutionem: quia nos cum S. Aug.
dicimus: Ideo negandum quod apertum est, quia com
prehendi non potest quod occultum est. (14 de bon. Persev.)
Abiit id verius quod prius.

-

Assertio

De implemento septuaginta Hebdomadum Danielis.

Nota 1: Quod Angelus Gabriel sic locutus est Danieli Libro ejus Cap. 9. septuaginta hebdomades abreviatae sunt super Populum tuum, et super Urbem sanctam tuam. Duas Epochas videtur signasse Angel. his verbis. Una respiciens Populum Haebraeorum captivum, ut restitueretur ei liber tas. Altera, respiciens Urbem sanctam Hierusalem, et reedificationem ejus. Ait Angelus: „Scito ergo, ab exitu sermonis, ut iterum reedi„ficetur Jerusalem, usque ad Christum Ducem. „hebdomades septem, et hebdomades sexaginta „duae: et post hebdomades sexaginta duae, occi„detur Christus.

Ex illis verbis: septuaginta hebdomades abreviatae, seu scisse, sunt; super Populum tuum, videtur respicere Angelum tantum Epocham restitutionis Reipublicae Judaeorum, in Patriam solum. Ex illis: et super Urbem sanctam tuam, videtur respicere alteram restaura tionis, seu reedificationis santae Urbis. Hoc

clarius colligitur significare Angelum, cum secundae Epochae, signet sexaginta novem, ab exitu sermonis, ut iterum reedificetur Jerusalem; quia ab hoc Decreto supputandae erant; prima tantum relicta, ad reversionem, seu autonomiam Populi: Cum tamen exordium earum inquirendum sit, ab exitu sermonis, seu Decreti, invenimus exordium primae in anno septimo regnatus Artaxerxis Longimani: secundae, in vigesimo anno ejusdem.

Esdr. Libr 1. Cap. 7. ad annum septimum Artaxerxis, sic ait: Artaxer. Rex Regum, Esdrae Sacerdoti Scribae legis Dei coeli doctissimo salutem. A me decretum est, ut cuicumque placuerit, in regno meo, de Populo Israel, ire in Jerusalem, tecum vadat. Ita, cum Esdra reversa est Republica in Jerusalem. et haec est prima Epocha, primae hebdomadis.

In anno vigesimo ejusdem, Esdr. Lib. 2. Cap. 2: ait Nehemias Regi: Si videtur Regi bonum, ut mittat me in Judaeam, ad Civitatem Sepulcri Patris mei, et edificet eam

Placuit ante vultum Regis, et misit me.
Haec est secunda Epocha, et exitus sermonis,
ut iterum reedificetur Hierusalem.

Ab hac Epocha supputandae sunt sexaginta novem hebdomades, scitae ab Angelo, quae cum illa prima, á reversione Populi, conficiunt septuaginta.

Nota II: Alteram Epocham notavit Guillermus Borgrinus, post secundam, reedificationis Urbis, quam maximam repetit, ob instaurationem Templi Salomonis exornatam ab Herode Magno. Haec initium sumpsit, post expletas hebdomades sexaginta duas scitas ab Angelo, et á secundo Decreto numeratas, quae finem habuerunt in sexagesimo tertio anno sabbatico, qui fuit decimus quintus ante Ae. V. ab illo exclusivo, usque ad Christum Ducem, seu occisum, supputatae fuerunt, septem hebdomades ab Angelo scitae, [illegible].

Ait quae: ab illo anno primo septem hebdomadum, habuit exordium restauratio, seu

reedificatio Templi, ab Herode, et evincitur ex illo Joannis. Cap. 2. ℣ 19 & 20 ubi comparans Christus mortem suam, ruinae Veteris Templi, dixit Judaeis solvite Templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud. Illi que, carnaliter intelligentes, dixerunt: Quadraginta sex annis aedificatum est Templum hoc &c connotantes initium instaurationis ejus: quod accidit, anno 32 nostrae Aerae Vulg. in exordio predicationis Domini, prima Paschat. ex quatuor ab Evang. Joann. notatis, inter baptismum, et mortem Salvatoris nostrae.

Nota III. Quod adhuc excelentior videtur nobis quam ista, allia, orta ex Levit. Cap. 25 ℣ 2. et 3. ibi dipositum fuit, ut quilibet septimus annus esset sabbatrius, a reversione Populi Israel de Egipto, in terram promissionis: & ℣ 19 et 20. quod post septem hebdomas annorum Jubileus magnus celebraretur remissionis, cuncty habitatoribus terrae Eorum. Septem nimirum hebdomades ab Angelo scisse, fuerunt ad celebrandum

brandum, in fine earum, seu in morte Jesu Christi, magnum Jubileum sabbaticum, seu, ut dignius referam, maximum Jubileum, Jubileorum, remissionis peccatorum, omnibus habitatoribus terrae, quem nos apperuit amantissimus Redemptor noster Jesus Christus, dum in cruce pendens in ligno, pro Mundi salute, e vita excesit: quod etiam evincitur, ex expectatione Judaeorum; nam in Thalmud. in Tr. Sanhedrim. legitur: Jubileo extremo veniet Messias.

Propos: I septuagintae hebdomades Danielis, á septimo Artaxerxis Longimani anno, (qui juxta stilum judaicum, inter annum 466 et 455 ante Aeram vulgarem fuit) usque ad annum 35 Ae. V., quo passus est Christus, supputandae sunt.

Probationem habes in Tabella ultima, et explicatione ejus; ubi eas invenies á septimo Artaxerxis anno, juxta judaicum computum, usque ad Christum occisum, anno 35

nostrae A.V.: Juxta tam per Olympiades, quam per annos U.C. Romae, invenies ibi expletas, septuaginta hebdomades annorum Judaeorum, seu 490 annos exactos.

Propos. II Septem ultimae hebdomades, ab Angelo scire, fuerunt signatae, ad nunciandum hominibus Jubileum maximum, Redemptionis peccatorum, ac reparationis gratiae (qua primi protoparentes orbati fuerunt) per crucem, et mortem D.N. Jesu Christi

Probationem habes ex jam notatu.

Ob. I Decretum primum Artaxerxis, anno septimo sui regnatus, non fuit de redificanda Urbe, sed illud anni vigesimi, de quo locutus fuit Angelus Danieli: Ergo ab anno vigesimo solo Artaxerxis septuaginta hebdomades numerandae sunt.

Ob. II juxta Julium Africanum, in S. volumine temporum: anni septuagintae hebdomadum, juxta stilum judaicum, fuerunt Lunares: Atqui si supputas á vigesimo Ar

taxeris anno, usque ad Christum Ducem, invenies septuaginta Sebdomadas annorum Lunarium: Ergo.

Ob. III Cyrus, omnium primus fuit, qui facultatem fecit Judaeis, reedificandae Urbis, Isai. Cap 45. Esdr. 1. Item Darius Nothus, eandem facultatem fecit. Esdr. 1. Cap. 6: Ergo á quolibet eorum supputari possunt.

Ob. IV: Juxta Ordinem distributionis Sebdomadum, ab Angelo, ultimae sexaginta duae supputandae sunt usque ad Christum occisum, non septem: Ergo.

Ob. V Si primam Sebdom. relinquis ad Epocham primi Decreti, Sebdomades signatae ab Angelo, non essent septuaginta, sed septuaginta, et una: Erg. Prob. antec. Angelus ait, et confirmavit pactum multis Sebdomada una: Atqui illae jam sunt septuagintae: Ergo

Ob. VI: Mortem Domini esse non debuisse, in anno ultimo septuagintae hebdomadum: Ergo. Prob. ant. Angelus dixit: in dimidio hebdo

madis, deficiet hostia, et sacrificium: Atqui expressio haec refertur ad mortem Domini, in dimidio Hebdomadis: Ergo.

Rs ad 1. Dist. antec. non fuit Decretum de redificanda Urbe expresse, concedo; tacite, seu implicite, neg. Rex concessit omnem petitionem Esdrae, anno septimo, pro animo placandi Domino, ne forte irasceretur contra eum, et contra filios ejus, ut legitur in textu: virtute cujus, dic Africanus loco jam citato: Esdras sacerdos, et qui cum eo proficisci voluerunt, Templum, et Urbem et muros ejus, edificare conati sunt, prohibentibus in circuitu Nationibus, ne impleretur opus, quasi hoc Rex non dixisset. Mansit que ita imperfectum opus, usque ad Neemiam, et vicesimum annum Regis Artaxerxis. Vides jam, quod principaliter expresse primum Decretum, anni septimi, fuit ad reversionem Populi, secundario, [illegible] et implicite ad omne opus, in honorem Dei faciendum.

Ad II: Neg. antec. Daniel numeravit annos communes Lunisolares. Haebrei supputabant menses

Menses Lunares, á Neomenia Tisri, primus mensis anni civilis Judaici, et ad mensuram solaris: quia ex epactis undecim dierum, quolibet tertio anno, formabatur ab eis, mensis secundus Adar, et intercalabatur suo debito loco. Si ita non fecissent, verificaretur habere bis Pascha, alliquo anno, quod numquam eis accidit, cum Phase non haberent, nisi in Equinotio verno, vel proxime, quolibet anno. Et licet hoc non ita esset, ut est, Africanus posuit passionem Domini, in consulatu Geminorum, quo, juxta ejus sententiam, tantum aetatem trigenta annorum attingerat: hoc que tantum sufficiet, ut computus ejus nihil concludat.

Ad III Ag Conc. ant. et neg. Cons. quia á primo Cyri anno, ad Christum Occisum, fluxerunt plusquam 529 anni: A primo Darii Nothi, ad Christum, tantum 456. Nec una, nec altera Epocha inveniuntur exactae Septuaginta Sebdomades.

Ad IV. Neg. antec: Hebdomadae non

accipiendæ sunt ut sonant, sed juxta commu
nem usum loquendi Judeorum. De eo S. Hieron
in Cap. IX Danielis ait: "Est enim hoc idioma ser-
-monis Haebraici, et antiquorum sermonis Lati-
-ni: ut ante, minorem numerum supputent, po
-stea majorem. (V. 3.) Nos dicimus Abraham vix-
-isse Centum, septuaginta quinque; illi contra
-rio loquuntur, vixit quinque, et septuaginta,
et centum. Ita inteligendus est textus Danielis,
hoc est, quod septem Hebdomadæ priores nota
tae, sint in ordine ultimæ, et sexagesimae se
cundae ultimæ, priores. Sic etiam dum legitur
post sexaginta duae Hebdomades occidetur Chri
tus inteligendum est, post septem ultimae.

Ad V Neg. antec. Ad prob. Conc. maj. et dis-
tinq. min. Sunt septuagintae, inclusa illa con
firmationis pacti, conced. exclusa, neg. et conseq.
Sufficit quod inqualibet ex septuagintae Hebdo-
madibus, verificetur pacti confirmatio, quia sep
tuagintae Hebdomades ordinatae sunt á Deo

ut finem habeat peccatum, et deleatur iniqui-
tas, et adducatur Justitia sempiterna. Hoc to-
tum adepti fuimus, cum morte, et passione
Domini nostri Jesuchristi, in fine ultimae Hebdo-
madis, qua, pacta Domini inita Populo, se exhibuit
in Deum misericordem, et salvatorem, ut Propheta
Rex ait Psalm. 129: Et Ipse redimet Israel, ex om-
nibus iniquitatibus ejus, adimpleta fuerunt. In morte
Domini, et passione ejus, finem habuit peccatum,
deleta fuit iniquitas, et adducta Justitia sempi-
terna.

Ad sextum. Neg. ant. ad prob. conc. maj. et
neg. min. Illa verba: in dimidio hebdomadis def-
ficiet hostia et sacrificium, referenda non sunt,
videtur nobis, ad mortem Domini, sed ad bap-
tismum ejus, qui factus fuit in dimidio ulti-
mae hebdomadis; Et ratio est: Quia per bapti-
mum, sepulta fuit sinagoga haebreorum, in
illo unctus fuit Sanctus Sanctorum, renovatum-
que Genus humanum: nam in sua sacrosancta
humanitate, uncta fuit nova Ecclesia Catholica

ut ait S. D. August Lib. 5. de Civit. Dei. Et Tertullian. Lib. 4 Contr. Marc. ait: terminum inter novam, et antiquam Legem, fuisse baptismum Domini, et cum manifestavit eum Aeternus Pater, audita voce de Coelo, Tu est filius meus dilectus, in te complacui mihi; cessavit hostia, et sacrificium figurativum, veri Agni, qui tullit peccatum mundi.

Cum de Christo Domino sermo, numquam satis sit, alliqua allia expendemus juxta insipientiam nostram. Dixit Angelus Danieli; Et erit in Templo abominatio desolationis, et usque ad consummationem, et finem, perseverabit desolatio. Quando haec abominatio exordium habuit, nisi dum Dominus pendebat in Cruce, expiravit que. Usque ad mortem ejus respexit Christus Templum, tamquam Domus Orationis Patris, ideo que, Zelo motus, fustibus vindicavit profanationem ejus. Initium abominationis, et desolationis, fuit in morte, qua desiinit esse Populus suus Israel, quia negaverunt

et crucifixerunt eum, Ideo que, contempsit Populum, dejexit Templum, et sacrificium. Hac que ratione, velum Templi scissum fuit, á summo usq deorsum, ut non amplius esset locus propitiationis, sed abominationis, profanationis, et desolationis, ut accidit á Duce venturo, qui fuit Imperator Augustus Vespasianus anno A. D. 72.

Et quid dicam de Principe Apostolorum Petro, et successoribus suis., dum ille in fundamentum, et Petram totius nove Ecclesiae constitutum, acceptis á Christo Clavibus Regni Coelorum, dubitabat quoties, januam misericordiae, thesaurum que gratiae, fratribus apperiret? Magnus, autoritate Divina, exiguus, ut homo, interrogavit: (Math. Cap. 18. v. 21. et 22.) Domine quoties peccaverit in me frater meus, et dimitam ei: usque septies? Respondit ei Dominus, non dico tibi usque septies, sed usque septuagies septies.

Definitam fuisse Verbi Divini incarnationem, et Christi passionem, et mortem, ut pro humano genere Christus Jesus, in se transferens poenam iniquitatum nostrarum, Divinae Justitiae con

dignam exiberet satisfactionem, et redemptioni nostrae pretium solveret. Christum ergo, soluto proprii sanguinis praetio, homines reparasse, concordi, firmoque consensu, theologi tradunt.

Haec medela nostrae salutis, condita fuit in patibulo Crucis, non solum pro lapsu protoparentum, in descendentibus diffusio, sed etiam ut per eam de statu naturae lapsae, noviter resurgamus; condita fuit, in jubileo maximo á Christo Domino instituto in fine Hebdomadum septuagintae: et cum in eo pretio proprii sui sanguinis redempti simus, á peccatis nostris, et thesaurum suae Divinae misericordiae conditum Jubileo illo, sit infiniti valorio: ut de illo edamus, et vivamus, ideo pusillae interrogatione, respondit Dominus, non dico tibi ut remitas septies, sed usque septuagies septies.

Hoc est. In fine septuagintae Hebdomadis quae sunt septuagies septies, redemptus á me erit mundus á pecatis eorum. Ego nollo mortem peccatoris: sed ut convertatur et vivat. Vos vocatis me Magister et Dominus, sic quemadmodum

ego fecerim vobis, ita et vos faciatis: quantum re
dimi, in fine septuagies septies, tantum misericordia
mea ducetur, usque ad septuagies septies, penitentibus
absolve. Pasce agnos meos, pasce oves meas, ut nullus
pereat, quia pretio sanguinis mei, comparavit eos.
Septuagies septies este mensura potestatis Clavium.
at plenissimus Jubileus remissionis: quis non sata
git ejus, si tam magnum debitum tam benigne sol
vitur?

Explicatio Tabulae.

Nota I: Quod anni de quibus sermo est, juxta stilum Hebraicum, incipiunt ab Autumno unius anni Juliani et in autumno alterius finiuntur: Ideo ponimus in Tabula Annum primum ceptum in Autumno anni 456 ante Æram, et expletum in 455. Hunc dicimus primum, quia maiorem partem anni Juliani occupavit, scilicet, á Calendis januariis usque ad Autumnum: Ita etiam supputantur anni Olympiadici, pro parte desinente, et anni Urbis Conditae Romae, quia D.N. Jesus Christus occisus fuit in parte desinente horum annorum: sic crucifixus fuit labente anno 786 U.C. et primo Olympiadis 203 itidem labente anno 35 Æ.V. 79 Julianae Correctionis.

Nota II: Quod annus primus septuaginta hebdomadum, fuit Artaxerxis Persarum Regis annus septimus, expletus sextus in 456 ante Æra. V. juxta stilum uniuscujusque, Romanus in Paliliis seu 21 Aprilis; Olympiadum in Æstu: et Hebraicum in Autumno: sic duae hebdomades annorum primae, á primo Artaxerxis anno, signantur annualiter in tabula, usque ad annum secundum sabbaticum, secundae hebdomadis, quo exit secundum Decretum Artaxerxis, reedificande Urbis, quod accidit anno 442 ante Æram Vulgarem.

Sic sequens supputationem per hebdomades

seu septenarios Sabbaticos, pervenimus ad annum sexagesimum Sabbaticum, qui juxta Josephum Hebraeum, expletus fuit, anno U.C. 747.; exquo confirmatur rectitudo nostri computus post expletum annum decimum quintum ante Ae.V. seu expletas sexaginta tres hebdomades, initium habuerunt septem ultimae hebdomades in ultimo anno Sabbatico, qui fuit vertente anno 786 U.C. a Calendis Januariis, et ab eisdem annus Hebraicus usque ad Autumnum; et annus primus Olympiadis 203, omnes concurrentes cum anno 35 Christi, 79 Juliano, quo Christus D. N. Crucifixus fuit.

Sic prima Hebdomas finem habuit anno 448 ante Aeram: praeter eam, sexaginta duae sciae ab Angelo, in anno quinto decimo ante Ae.V. et septem misteriosae sciae, in anno 35 Aerae Vulgaris Dionisianae, ut explicatum est.

Dissertatio [illegible] Tertia

De Vero Computo annorum Christi Antiquorum Patrum.

Cum exordium verae Vulgaris Aerae, pene ab omnibus Scriptoribus Modernis hucusque ignotum sit, ultraque temporis, ex erroneo principio quem ei tribuunt in 754 Urb. Cond. anno, depravata sit, inde est, quod Editiones Chronicorum Antiquorum Patrum qui exordium epocharum, juxta communiorem sententiam, anni eorum supputarunt, absque debita exactitudine inusti exierunt.

Fuit priscis illis temporibus communior, quod Christus ortus fuit anno quadragesimo secundo Imperii Augusti, á Triumviratu seu ejus primo Consulatu emmenso, anno que 752 U.C. Varroniani computi Olimpiadae 194, Aerae Nativitatis Abrahae 2015, Orbis Conditi 5199, juxta Septuaginta Versionem, hanc que sententiam adoptavit Ecclesia, ad mensuram annorum Christi, et exaravit eam in Martyrologio, et Calenda Nativitatis Dominicae.

Sic SS. et Antiqui Patres (á quibus Ecclesia Latina aptavit exordium, et regulam Computi)

in suis operibus Chronicis, annos á Christi Nativitate, ab illa communiori sententia eximens, supputarunt: et cum postea Dionisius, cognomento Exiguus, jussu Ecclesiae, magnum suum Paschalem Circulum inchoasset Incarnationis Dominicae, itaut ~~annus~~ annus primus Incarnationis computi, esset idem annus á communi sententia Nativitatis signatus; hic male á Modernis intellectus, aliorum exordium computi statuerunt cum defectu unius anni, contra mentem Exigui, ut per tot demonstrationes enodavimus; quo, desora fuit rectitudo computi antiquorum Patrum; et Editiones eorum operum, annos Vulgaris computi signa ~~[illegible]~~ ntium originali orbatae exactitudine exierunt.

Sic fieret ~~[illegible]~~ ~~quod~~ inter computum annorum Christi Antiquorum, et veram Vulgarem Aeram, summa esset armonia, et ~~[illegible]~~ uniformitas; ob in ordinatam suppositam Vulgarem Aeram, ab Eruditis Modernis inventam, fuit talis differentia computi inter supputationem Patrum, et suppositam Vulgarem Aeram, ab eis

enatam
ornataq. ut reguliş ab eisdem statutis ad dignoscen
dam veritatem potius veritatis penitus obscuretur
[illegible] quam osten

datur.

Itaque vero exordio Aerae Vulgaris ostenso,
utile commodis Publici servientibus
Visum fuit nobis, [illegible] identitatem computi annorum Chris
ti, Antiquorum Patrum, in suis Chronicis ope
ribus, cum vulgari vero computo, innotescere
Hoc enodari contendimus, in hac tercia hujus
opusculi parte; initiumque summimus á Chro-
nicone Eusebii Caesariensis, cum Continuatione
D. Hieronimi, Idatii que.

Assertio

De vero Computo annorum Christi Eusebii et que Hieronimi.

Propos I Anni Christi supputati ab Eusebio Caesariensi, in suo Chronico, per Aeram Nativitatis Abrahae, sunt Aerae Vulgaris Dionisianae.

Nota: ad probationem hujus assertionis, notandum est, Eusebium suum Chronicorem scripsisse sub Aera Nativitatis Patriarchae Abrahae, numeravit que á natali ejus ad Nativitatem Domini N. Jesu Christi, bismille quatuordecim annos, sic que annus primus Christi, hujus computi, fuit bismille quindecimus; nihilominus, illigavit annum Nativitatis Dominicae, anno quadragesimo secundo Imperii Augusti, juxta communiorem sententiam Antiquorum Patrum, quam adoptavit Ecclesia Latina.

Prob. I. Eusebius, annum decimum quintum Imperii Tyberii, ad baptismum Domini, signavit cum Aera Nativ. Abrahae 2044: si ab eis detrahis 2014, eisdem, quos supputavit usque ad natalem Domini, rema-

2044
2014
30

nunt triginta, qui sunt Aerae Vulgaris anni.
Ergo. Prob. Cons. Annus decimus quintus Im
perii Augustei Tyberii, est juxta omnes, 782
Ai Urbis Conditae: Annus que primus Ae Vulg
juxta evidentes demonstrationes in Assertioni-
bus factas, est 753 U.C. Atqui si á 782
detrahis 752 U.C, praecedentes Vulgarem
computum, remanent triginta Ae V. ut
etiam remanserunt per calculum Aerae Abraha
miticae: Ergo quia Eusebius, in suo Chronico,
eosdem annos supputavit, quas hodie legiti
ma Ae. V. Dionisiana.

782
752
30.

Prop. II Div. Hieronimus vertens ex Graeco in Latinum, Chronicon Eusebii, continuavit eum, ab exclusu anno 329 Christi, Aerae que Vulg. quo terminavit eum Eusebius, usque ad Consulatum Valentis Aug. VI, Valentiniani & II qui est annus 378 sui computi annorum Christi, et Ae. V.D. sub Ae Nat. Abr. 2392.

Probat. Quia S. Hieronimus secutus fuit sixthema Computi Eusebii, et tantum conti-
nuavit Historiam ejus per quadraginta noves.

annos: Atqui ~~ab~~ hic ~~a~~ 329, quo Eusebius terminavit, addis 49 usque ad Consulatum Valentis VI, Valentiniani que II, conficitur annus 378, Computi Eusebii, et Ae. V. etsi ~~Ab~~ Aerae Abrahamiticae, qua etiam finivit Eusebius 2343, addis 49, conficitur Ae. N. Abr. 2392: Ergo.

329
49
378
2343
49
2392

Ob. I Iuxta omnes Chronologos modernos, in Consulatu Duorum Geminorum, anno decimo quinto Imperii Tyberii, tantum viginti novem anni supputantur, Ergo. Prob. ant. ab incluso anno 754 U.C., quo exordium sumpsit Aera Vulgaris, ad Consulatum Geminorum, qui est infallibiliter 782 U.C., tantum viginti novem ann. numerari possunt: Ergo.

Ob. II ~~[illegible]~~ S. Doctor Hieronim. continuavit Chronicon Eusebii, per quadraginta novem annos, ~~quia~~ atqui, cum supputatis ab Eusebio, 378 Conficiant; hi non sunt anni sui peculiaris Computi Eusebiani, sed 381; similiter que Ae. Nat. Abr. non est sui computi 2392, sed 2395: ergo. Prob. antec. Quia in fine Chronici S. Hier.

legitur ~~xxxxxx~~, quod á Praedicatione Domini, ád Consulatum Valentis VI, Valentiniani II, fluxerunt 351 anni, quibus, si jungis triginta aetatis Domini, in exordio suae Praedicationis, consituuntur 381, sic que A. N. Abr. ad hunc attinens ~~xxxxxxx~~ ~~xxx~~ annum est 2395, ut á S. Doctore signatur in fine.

Ad solutionem harum objectionum, authoritate ~~xx~~ Cl. P. Florezii egimus, circa inteligentiam computi annorum Christi Eusevii, et S. Hieronimi, quae in Tom. 4 Hispan. Sacr. Apend. 3. á num. 80, et sequentibus, hispanico sermone confecta, invenitur ~~xx~~ ut sequitur.

Como Idatio continuo el Chronicon empezado por Eusevio, fue preciso q̃ insistiese en las Epocas de Cronologia antecedentes, una de ellas es, los años de Abrahan, por cuya edad calculó Eusevio su Historia, enlazando el año mil docientos y quarenta del nacimto. del Patriarcha con la Olympiada primera. De este mismo computo usa la Iglesia en la Calenda del dia de Navidad que contrahe al año 2015 del nacimiento de Abrahan, del mismo modo, q̃ le señala Eusevio

S. Ger.

S. Geronimo siguio la misma Epoca delos años de Abrahan.

Pagi dice repetidas veces, que ningun computo del Chronicon de Idacio, tiene tanta fuerza, como el delos años de Abrahan, y que por tanto se ha de atender siempre ael, sin mirar á los años Imperiales: pero luego manifestarémos que los amanuenses, que segun Pagi alteraron los otros, pudieron del mismo do errar en este, y que de hecho no está privilegiado.

Para la inteligencia, y reduccion de estos años se ha de notar: que Eusevio prefixo el año primero del Nacimiento de Christo, en el 2045 de Abrahan: y asi el que quiera saber el año que en la Era de este corresponde, segun Eusevio, á la de Christo, ha de añadir 2044. á los años de Christo y la suma de uno, y otro, da el Abrahamitico (V.g.) El año 15 del Emperador Tyberio, contaba el Redentor su año treinta, segun entendio Eusevio el Evangelio, si alos 30 añades 2044 resultan 2074, y este es el año de Abrahan q̃ unica, y el mismo q̃ Eusevio aplicó en su Proemio, al 30 de Christo

Otra prueva. El Chronicon de Eusevio aca
ba, segun lo pone Pontac, en el año 329 de Chris
to, añade a estos 2014, y resultan 2343, que son
los mismos que señala Eusevio en su ultimo a-
ño; lo mismo se verifica, en el Chronicon de S.
Geronimo, que acaba en el 381, de Christo, si
a estos añades 2014 salen 2395, que son los mis
mos, que propone el Santo, y assi se ve que es
puntual, este modo de averiguar los años de
Abrahan, por los de Christo.

Estas reglas solo sirven para sacar por
la Epoca de Abrahan la Christiana del modo
que la usó Eusevio Cesariense; pero no para ave
riguar los años de Christo segun nosotros los con
tamos en la Era Vulgar Dionisiana. Por q habien
dose diferenciado Eusevio, y Dionisio el Exiguo
en señalar el año del Nacimiento de Christo
es preciso que las reducciones sean diferentes.
La diferencia estubo, en que Eusevio anejo el
primero al 43 Juliano, y Dionisio al 46. (como
dice Pagi, en la Disertacion de la Period. Graeco Rom.)

En fuerza de esto, el que delos años de Abrahan quiera sacar los de Christo, segun nosotros los contamos, se hade diferenciar entres unidades y por tanto loque antes se hacía quitando de los años de Abrahan 2014. se hade hacer ahora rebajando 2017. y lo que resultare, es año de Christo segun nra Era Vulgar Dionisiana.

(V.g) el ultimo año del Chronicon de S.n Geronimo, hallar el año de Abrahan 2395 (enla Edicion de Pontac) si de aqui rebajas 2017, restan 378, pues este es el año dela Era Vulgar Christiana, en q acabó el Chronicon de S.n Geronimo, expresando allí el Santo, el Consulado de Valente VI, y Valentiniano II; que corresponde puntualmente, al año 378 de Christo, segun nra Era Dionisiana. Enla citada Edicion hallarás, el 381, q son lostres añosmas, en que diximos se diferencian el computo Eusebiano, del nuestro, enquanto á los años de Christo. Laqi enel lugar citado apruevo redondamente este Calculo

El 381 seprueva por decir el santo q desde el año 15 de Tyberio, y predicacion del Redentor

habían parado hasta el referido Consulado 351
como se lee en el texto al final, si á estos añad
los treinta, q contaba el Redemptor, quando sa
lió á Predicar, resultan los 381, señalados, cong
en quitando los tres, tienes el año 378 dela Era
Dionisiana.

En Tom. II Hisp. sacr. P. 1. Cap. 7. n. 153. dice
Que la mas comun opinion de nuestros anti
guos, fue que el año 38 dela Era, concurrio co
el quarto de Augusto, pues ponen q nacio el Re
dentor, en el 42 de este soberano. De cuya opi
nion fueron Orosio lib 1. Cap. 1. S. Isidoro en
su Chronicon. á la sexta edad, donde dice q
en el 42 de Augusto natio. Lo mismo los Ana
les Compostelanos, Isidoro Pacense, y segun es
quasi todos. Pleriquè anno 42 natum esse con
firmant. Esta fue la mas comun opinion con
Eusevio Cesariense, y es la que siguió la Igle
sia Romana en su Calenda de Navidad. Si de estos
42. de Augusto quitas 38 dela Era, queda es
ta en el quarto año de Augusto.

Iam.

Jam ad Obj. Rp. ad I neg. ante. ad probat. nego suppositum: quod Ae. S. Dionisian. initium sumpsisse consulatu Caesaris, et Pauli, 754 U.C., 46 Juliani; quia per tot infalibiles demonstrationes, in assertionibus, primae partis hujus opusculi, factas, probatum manet, eam Consulatu Lentuli, et Pisonis, 753 U.C., 45 Juliano, exordium sumpsisse, inclusoque ad Consulatum duorum Geminorum annum que 782 U.C., non 29, sed triginta Aerae Vulg. sunt anni.

Ad II. Neg. ant. ad probat. etiam nego contextum Auctoritatis, quia s. Hieronimi non est, sed suppositia, falseque introducta in fine Chronici, contra mentem s. Doctoris, qui non allios annos supputavit, quam quos hodie Ae. V. D. supputati; Sed ut hanc veritatem amplius demonstremus, necessarium est, ut tot falsa momenta in antecedenti doctrina comprehensa, ad inveniendos annos Aerae Vulgaris, in Eusebiano, Hieronimiano que computo, enodentur.

Primo quia supponitur quod Eusebius et S. Hieronimus antecesserunt tribus annis, Ae. V. D. cum juxta ipsam Doctrinam, uterque computus

et
nec in ~~[illegible]~~ minimo differant: ratio, ~~[illegible]~~
est, quia si Eusebius annum millesimum, du-
centesimum, quadragesimum Nativitatis Abrahae
~~[illegible]~~ primo Olympiadum anno ~~annexuit~~, et ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ 2014 etiam annexuit Natalem Christi Do-
mini, idem in M.S. Dionysiana, seu Communi,
invenitur: et ostenditur: quia in Calenda Na-
tivitatis Dominicae, canitur Christum ortum
fuisse, Olimpiade centesima nonagesima quarta
~~[illegible]~~ anno 7520.
C., ~~[illegible]~~ quae juxta omnes est tertius Olympia-
dis 194.; ~~[illegible]~~ 194 Olympiades conficiunt ann.
776, a quibus si detrahis 1, ut sit annus 3 dictae Olym-
piadis, remanent 775; si tamen his ad- 1239
dis 1239 Nativitatis Abrahe, ante 775
exordium Olympiadum (quia sequens 2014.
1240 est primus Olympiadum) conficitur sum-
ma annorum Nat. Abr., usque ad Natalem Chri-
sti, bimille quatuordecim, juxta Eusebium; et
idem juxta vulgarem Computum; quia annus
2014 est tertius Olympiadis 194, et E.C. 752 quae
Ecclesia signavit, authoritate Eusebii ducta ut
patetur in loco exarato. Nativitatem Dominicam

cum tamen annus primus, per vos, Computi annor. Christi Eusebii, sit 2015 Nativitatis Abrahae, et hic sit idem, cum 753 U.C., 45 Iuliano: 43 Aug., 39 Aerae, qui est primus computi Vulgaris communis, inde est, quod Computus annorum Christi, Eusebii, sive Hieronimi, nec in ~~[illegible]~~ minimo differat á computo Vulgari.

Secundo, ~~[illegible]~~ quibus docetur ut ad inveniendos, juxta Abrahamiticam Aeram, in Eusebiano Chronico, annos computi Vulgaris, detrahendi sint ab ea 2017 anni: Autor discordiae excitare non potuit talem regulam nisi ut veritas non appareat, et probatur demonstratione infallibili: Annus decimus quintus Tyberii, juxta Eusebium, fuit quia sic intelexit ~~[illegible]~~ Evangelium, Consulatum Duorum Geminorum. Hoc anno supputavit Eusebius triginta Christi annos, sub Abrahamitica Aera 2044: si autem ab ea detrahuntur 2017, ut appareant anni Vulgaris Aerae, remanent viginti septem anni ejus, in Consulatu Geminorum. Dicant Autores hujus regulae, si Consulatus duorum Geminorum est

2044
2017
27

annus 27 Aerae Vulgaris, cum contendant, [illegible] [illegible], eum esse 29 ejus. Annus quo è vivis migravit Augustus, est juxta Eusebium, annus 2029 Aerae Abrahamiticae. Si ab ea detrahis 2017 ut ostendatur anni Vulgaris computi, remanent duodecim Aerae Vulgaris. Dicant Auctores [illegible] hujus regulae, si Augustus obiit anno duodecimo Aerae Vulg. cum contendant eum fuisse decimo quarto, adhuc cum errore.

	2029
	2017
	12

Annus quo juxta Eusebium natus fuit Dominus, in Aera Abrahamitica, fuit annus 2014. Sciamus quo anno natus fuit Christus juxta Aeram Vulgarem, [illegible] detractione 2017: at cum haec quantitas sit major facta detractione minoris, a majore, differt in tribus annis; Ergo juxta computum Vulgarem, Christus ortus fuit 3. [illegible], ann ante quam juxta Eusebium nasceretur, et per consequens natus fuit, juxta vulgarem computum, anno 2011 Ae Abrahamiticae; quod est dicere, natum fuisse anno 39 Augusti, 749 U.C. 41 Juliano.

	2014
	2017
	3

Tertio [illegible] quia asserunt [illegible] quod incon

in computo annorum Christi, et S. Hieronimi Eusebii supputentur tres anni plus, quam in Computo Ae. Vulg. iuxta regulam reductionis annorum, autem evenit contrarium: quia Aera Vulgaris tribus conditi annis exedit computum Eusebii, et S. Hieronimi, cuius supputatio sumpsit exordium anno 2012 Abrahamiticae Aerae, et haec anno 2015: quod confirmatur calculo: quia in anno 2044 Abrahae, habet Eusebius triginta annos Christi sui computi, et si ab eis detrahis 2011 (quo adinvenimus, per regulam reductionis, exordium Vulgaris Aerae) triginta tres inveniuntur.

2044	
2011	
33	

Quarto: Quia indagatum est, per regulam reductionis annorum Aerae Vulg. quod Natalis Domini eius, fuit anno 2011 Aerae Abrahamiticae; in fine Chronici Eusebii quo hic supputavit, sub Aera Abrahae, 2343 annos sui computi, 329, et Ae. Vulg. supputabat 332 Christi; patet quia si a 2343, detrahis 332 Aerae Vulgaris, remanent 2011 ad Nativitatem eius. Ergo totum falsum, et contrarium est, quod

2343	
332	
2011	

docetur, per regulam reductionis annorum Chri[sti]

Quinto: quia expressio illa, qua differentia[m] ium annorum notat, intra computum vevii et computum Aerae Vulgaris fundatur, quod Dionisium dicunt computum in anno XLVI Juliano, et Euseuium XLIII, sed haec est quidem Catadini [illegible] onis acplis; non Autor regulae [illegible] quod comm tabamur manus ad benedictionem: sic qui exea intentus in contrarium, quia si alliquid verum tenet, est, quod Dionisius, quod aprit, initt Computum 42 Juliano, qui est 750 U.C. Eusevius 45 Juliano, qui est 753 U.C.

Sexto: Quia et si verum esset, et juxta reglam reductionis, apparet, quod Aera Vulgaris computus annis, [illegible] Aeram Vulgarem exedet; in fine Chronici S. Hieronimi un quam supputari potest plus quam Aera Abrahamitica 2392, quia si jungis 2011. ante Computum Vulgarem. N. Abr, 3 ante Eusevium, et 378 quos supputavit S. Hieronimus, consituunt Aerae Abrahae 2392, et 381 Christi Vulgares, ut vides in calculo Margini; numquam absque errore

2011
3
378
2392
378
3
381

poterant 2335, nisi bis addito tribus praecedentibus, et tunc essent 6.

Septimo: Quia si verum tenet Doctrina; qua docetur, inter Computum Eusebii, S. Hieronimi, et Aerae que Vulg., differentiam esse trium annorum, terminandam vel ostendendam cum regula, necessarium est, ut permutentur manus, ad bene dicendum: Ecclesia posuit Natalem Christi Ae. Communis, juxta sententiam Eusebii, in anno 42 Augusti, 752 U.C., qui est 44 Julianus: Primum sui Computi, supputavit in 43 Augusti, qui est 39 Aerae Hispanicae, 753 U.C., qui est 45 Julianus. et Dionisius cum statuit Aeram Incarnationis Dominicae, supputavit primum sui Incarnationis annum, in ipso 43 Aug., 39 Ae. Hisp., 753 U.C., 45 Juliano. Haec Doctrina, quam adoptavit Ecclesia ad computum, non pendet á Doctorum opinionibus, sed á sententia Authoris Statuentis eam: rectitudo ejus demonstratam manet innumeris demonstrationibus, quae, non constituunt opinionem, sed cognitionem, certam et evidentem perdemonstrationem acquisitam; annum 2015 Abrahamiticae Ae., etiam adoptavit Ecclesia, ad exordium Computi, ut fatetur Adversarius

Nunc sic: si Cinevius habet in suo computu annos praecedentias, seu ante Aeram Vulgarem est, quia exorsus est computus ejus ~~ab~~ anno 2012 Abrahae, 42 Julianae Correctionis, 750 UC, sic que regula reductionis annorum, esse debet ut ad inveniendum ~~annos~~, computum annorum christi, Juxta Cinevium, ab annis ~~[illegible]~~ Abrahamiticae, detrahantur 2011, et residuus erit annus N. Abrahae, ad inveniendos annos computi Vulgaris, detrahantur 2014. exempli gratia: si a 2044 Abrahae, in anno 15 Tyberii, detrahis 2014, remanent triginta Aerae Vulg: si ab eis detrahis 2011, remanent 33 Computi Cinevii, in decimo quinto Tyberii anno. si haec regula non placet, nec altera: ~~[illegible]~~ quia una, et altera, est deceptoria Veritatis. Regula vera, et constantissima est, ut a qualibet Aera Abrahamitica, detrahantur 2014, et residuus erit annus tam Aerae Vulgaris, quam Computi Cinevii.

2044	
2014	
30	
2044	
2011	
33	

Et patet: quia cum primus Aerae Vulg. annus sit 753 U.C, 45 Julianus. ab illo inclusive ad 782 U.C. 74...

ni Christi quos etiam supputat Eusebius, ab ex-
clusio 42 Augusti, 2014 Nat. Abr., usque ad 2044
ejusdem, in anno decimo quinto Tyberii,

~~[illegible]~~ Octavo ~~[illegible]~~ ea doctrina
qua docetur, Eusebium Exordium dedisse computo anno
rum Christi, ~~[illegible]~~ anno 43 Juliano, Dionisium ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ anno 46. ~~[illegible]~~ in utroque computo est falsa,
et inductiva erroris. Utraque Aera exordium sumpsit
anno 45 Juliano: quia juxta conexionem an-
norum nativitatis Abrahae cum primo olym-
piadum, et ex colectione eorum ad Nativitatem
Dominicam, apparet annum 2014 esse 44 Ju-
lianum, 752 U.C. quia talis infalibiliter est, annus
tertius Olympiadis 194. ut demonstravimus ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ sic primus utriusque Compu
ti fuit, et est, 2015 Abrahae, annus quartus Olym
piadae 194., annus 753 U.C., 45 Julianus, 43 Au-
gusti, 39 Aerae Hisp.: omnia synonima sunt.

Sed instabis: sanctus Doctor Hieronimus
in textu ait, supputare ab anno praedicationis
Christi, usque ad Consulatum Valentis VI, Valenti
niani que II, 351 annos si tamen eis addis 30 aeta-
tis

Christi, cum exordium ministerio praedicationis dedit,
nis, 381 Confirmantur: Ergo in dicto Consulatu,
et anno 378 Aerae Vulg. 381 supputavit tres
plures computi, et Eusebii, quam Vulgaris Aer.

Ad quod respondeo: malo credere hoc interpo-
latum in textu, contra mentem, et eruditionem
S. Doctoris, quam, quod sua peritia incidisset in
vallatam differentiam: ~~[illegible]~~ et quidem varius momentis
Primum quia in loco exarato, asseritur, S. Doc-
torem secutum fuisse epochas, et sistema Eu-
sebii: Atqui in computo seu Chronico Euse-
bii non invenitur illa differentia trium annorum.
Ergo nec in computo Hieronymiano, seu contin-
uatione reperienda erat.

Probatio minoris jam per demonstrationem
~~[illegible]~~ dedimus, cum ~~[illegible]~~, ab Aera
Nativit. Abrahae 2044, in anno 15. Imperii Ty-
berii, notum fecimus, eum, supputasse 30 Christi annos,
quos etiam Aera Vulg. suputat, absque ulla ~~[illegible]~~
differentia: Et confirmatur: quia | 2343
Eusebius clausit Chronicon cum Aer. Abr. | 2044
2343, et facta detractione 2044, remanent | 329

tres centi viginti novem Christi, quos etiam Ci.
V. supputat, in 329 ejus, Consulatu Constantini
Aug. VIII, Constant. Caes. VI.

Secundum: quia ab illo anno, et Consulatu,
ad Consulatum Valentis VI, Valentiniani II. tantum
S. Hieronimus historiavit quadraginta novem an-
nos, et Consulatus: qui si his addis 329, . 329
invenies tantum 378 annos Computi Eu 49
sebiani, Hieronimiani, et Dionisiani, ex- 378
go falsum interpolatum quod est, numerum 381 an-
norum.

Tertium: quia illi tres anni si interpolati, et
subplantati non fuissent, ratio esset, quia Eusebius
init supputationem, iis illis ante Aeram Vulga
rem annis; et hoc est falsissimum, quia Eusebius
exordium dedit computo suo ipso anno, quo
hodie invenimus in Computo Vulgari Dionisia
no. Quartum: quia dignum admirationis est, quod confi
teatur, annum quadragesimum secundum Au
gusti Imperii, annum esse 38 Aerae: quod qua
dragesimus tercius, sit 39 Aerae, hic que sit
primus Computi Vulgaris: quod 42 Augusti,
sit in serum Ecclesiae, 752 U.C. in Natali Chri

ti, primus qui Comput. etiam 753 U.C.: et quod h[oc]
sit communior opinio, quam cum Eusevio ha-
buit Ecclesia, et tamen suadere conentur
inter computu Eusevii, et Erae
Vulg. esse differentiam trium annorum! ¿Ubi in-
venit, ubi historiavit S. Doctor hos tres annos? Ad-
versarii habent Cathalogum Consulum Roma-
norum, ab eis elavoratum: annum et Consula-
tum primum Computi Eusevii, absque fraude
invenies in anno U.C. 753. hoc apertissime de-
monstratur, ex quo Eusevius in Consulatu Ge-
minorum, decimo quinto Imperii Tiberii sup-
putavit 30 annos: si, á 782 U.C. qui est decim[us]
quintus Tiberii, Consulatus Geminor.
detrahis 30 remanent 752 U.C. Ergo
753 est primus sui Computi, et Con-
sulatus Lentuli et Pisonis.

782
30
752

Nunc: Adversarii supputent, per suum Catha-
logum, Consulatus, ab incluso Lentuli et Pisonis,
usque ad Consulatum Valentis VI, Valentiniani
II, et dicant si sunt, nec esse posuit plus, quam
378 anni, et Consulatus? Non plus reperient.
Si autem non sunt plus, et Divus Hieronymus
ait

ad eum finisse in dicto Consulatu Valentis, et Valentiniani, unde venerunt illi tres anni, et Consulatus, ut supputare possit 381? Numquid S. Doct. historiavit tres primos annos Imperii Theodosii, et Consulatus Decii Ausonii et Hermogeniani, Consulatus Gratiani A. V et Theodos. A., et Consulatus Siagrii, et Eucherii, quo supputantur 381 anni? Quis tale dicat, cum contrarium constet, et doceatur ab ipso Hieronimo, quo anno et Consulatu clausit sermonem? Numquid S. Doctor in Versione Chronici Eusebii, alteravit Systhema ejus? exordium computus Eusebiani sumpsit anno 2012 N. Abrae, 42 Juliano, 750 U.C. ut annus, et Consulatus Valentis, et Valentiniani esse potuisset simul 378 Ae. V., et 381 sui computi, quia non allio modo esse poterat? Absit: tunc annus decimus quintus Tyberii, Consulatus Geminorum esset non trigesimus aetatis Christi, ad baptismum, sed trigesimus tertius, quod absit; quia nec Eusebius tale dixit, nec S. Doctor, sapientissimus magister Versionum tale egit. unde ergo, iterum interrogo, venerunt illi tres anni, peculiaris computi, quibus ait Clar. et Erud. Pater Florez tolendi

sunt, ut anni Ae.V. aparcant?

ait Clar. Pat. tolendi sunt; et nos addimus tolen
di sunt de Chronic S. Hieronimi; et de memo
ria hominum, ut nullus talia [illegible] vide
in scriptis Doctoris Maximi, Magistri Peritis
simi in Omni scientia, et Doctrina.

Nonum est dicere: S. Doctorem firmiter
dicto Consulatu Valentis et Valentiniani, et Aera
N. Abrahae 2395.; Nam si Hieronimus conti
avit Chronicon Eusevii, secutus que fuit
thema Computi ejus: annus primus Eusevii fuit
2015 Ae. Abrahae: et á primo consulatu ad ulti
mum S. Hieronimi, non plus quam 378 annis
Consulatus fluxere, si hos addis, 2014
Abrahae, usque ad Natalitium Christi,
invenies Aeram Abrahamiticam exac
tam. 2392: interrogo; ubi invenit S. Doctor illos
tres annos, ut essent 2395 Abrahae, in Consula
tu Valentis, et Valentiniani, anno 378 Ae.V., et
Computi Euseviani? Dico, quod circa tres
annos computi praecedentiae, in 381, elimi
nari debuerant á Chronic Sancti Hieronimi
et á Conspectu hominum.; Quomodo S. Doctor

2014
378
2392

in quadraginta novem annis, additis Historiae Eu-
sebii Chronicis, quinquaginta duo supputare
potuit? Eusebius terminavit historiam suam
anno N. Abrahae 2343, si addis 49, in-
venies 2392, ubi advenit Continua-
tor, illos tres annos, ut essent 2395? certe
miror, quod hoc non notaret Pagius, nec cae-
teri scriptores qui regulas ejus adoptarunt.

	2343
	49
	2392

Pagius (ait R. P. Flor. de regula reductionis
per detractionem 2017, ad inveniendos annos Ch. V.?)
approbat notanda, hunc calculum; Quid inde? ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~? etiam
ait Pagius: ~~[illegible]~~ in Idatii Chronico, nullum compu-
tum habere tantum vigorem, quantum annorum
Aerae Abrahamiticae; et quod semper in eo ha-
benda est consideratio. et in rei veritate nullus est
magis captiosus. ~~[illegible]~~

In Chronico Idatii, continuatio exorditur ~~ab~~
Theodosii Imperatoris anno primo, qui est 379 Ch.
V. Dion., Computi que Eusebiani; ~~[illegible]~~ signatus
cum Era Abrahamitica 2396; si ab eis detrahis
2014 remanent 382, computi Eusebiani, anni, quod

quod certe falsissimum, exioneum que est, quia ab incluso 2015 Nat. Abrahae, anno 753 U.C., anno 4 Olympiadae 194, et 13 Augusti, Consulatu Lentuli et Pisonis, in Omni Cathalogo recte elaborato, ad Consulatum Decii Ausonii et Hermogeniani Olybrii, quo admissus fuit in Collegam Theodosius, non plus fluxere anni, et consulatus, quam 379, et si hos addis ad radicem computi Eusebiani 2014, invenies 2393, in primo Imperii anno Theodosii. qui credat Aeram Abrahae initiam esse 2396, juxta Eusebium, et Hieronimum certe decipitur, quia tales tres anni sunt Chimerici, et sol non constituit suis revolutionibus, nec salutabit eos. Ad nihil aliud insistendum est in A. Abrahae, posita in Chronicone Idatii. quam ad ofuscandam veritatis lucem, ut non inotescat.

2014	
379	
2383	

Eruditus Lectorque hos tres annos indagare intendat, si eos addit ad exordium annorum Christi, computi Eusebiani, ante Aeram Vulgarem erravit; imputabit Eusebio inconstantiam et varietatem Sisthematis computi, si eos addit ad annos Aerae Vulg. committit absurdum, in supputandis annis

nis, qui nondum advertaverant: et certe praebere occasionem ut male veritas chronologica percipiatur, et quantas contentiones, ob rem turpem, falsam, chimericham, inductivam errorum, ex diametro contrariam veritati, mentique scriptorum Cusevii, et Hieronimi.

Adducamus unam demonstrationem, [illegible] veritas, quam asserimus retegatur. Hic annus praesens est 1772 Christi, computi vulgaris Dionisiani. Hic etiam annus, in tabulis computi Matritensis (vulgo Guia de forasteros) est etiam 2524 Ae. Urbis Conditae. Quaeramus quotuplex sit Ae Urb. Cond. in anno 379, primo Imperii Theodosii; eum invenies in residuo: [illegible] si detrahis a 1772 Christi, 379 in primo Theodosii remanent 1393 anni U.C.; si hos etiam detrahis a 2524 U.C. in anno 1772 Christi, remanent 1131 U. conditae, in 379 Christi, primo Theodosii anno. Hi anni sunt rectissime aequales 379 Christi Ae V., et 1131 Urb. C., si scire desideramus, quo anno U.C., suputatio computi Aerae Vulgaris initii, detrahendi sunt ab annis U.C. 1131 aequales, 379: quo facto, remanent 752 U.C. ante Aeram communem, quo Ecclesia Romana sig-

1772
379 rest
1393

2524
1393 rest
1131

1131
379 rest
752

navit Nativitatem Dominicam; [illegible]
gliaris juxta computum usualem, actualem, Domini-
num, primus, quo fuit, et est, infalibiliter 7530.
C. 45 Juhanus. [illegible]

At si volumus inquirere annum, quo (jus-
ta falsum, interpolatum computum praecedentia
trium annorum, ad Aeram Vulgarem) Eusebius in-
it supputationem annorum Christi, seu Nativita-
tis: ab anno 1131 U.C. qui est 379 Ae. V. primus Im-
perii Theodosii, detrahendi sunt, 382 quos [illegible] supputantur, juxta statum quo deinit S. Doctor Hieronymus suum; [illegible] [illegible], remanent 749 U. Cond. ad Nativitatem Do-
minicam. Sic: annus 749 est idem 2014. Abrahae, quibus si addis 382 pecularis Computi Eusebiani, Hieronymiani, et Idatiani, invenies in primo Theodosii anno, Aeram Abrahamiticam 2396, quam signavit Idatius, in primo Theodosii anno, 379 Ae. V.; 382 sui, et ante cessorum peculiaris computi: Ergo exacta [illegible] Aera Abrahamitica, exactus etiam qui compu-
tus praecedentiae trium annorum.

1131	2014
382	382
749	2396

Calculus exactus extat, sed non verus: et ut hoc innotescat, interrogo: quot annos supputavit

Eusebius in decimo quinto Tyberii, consulatu Duorum Geminorum? respondebis quod triginta: Ergo non Jesus est calculus: Probatur Conn. Annus 15 Tyberii, Consulatus Geminorum, est 782 U.C: si ab eis detrahis 749, quo juxta Eusebium, supponitis natum fuisse Christum, remanent 33 anni Christi: Ergo non triginta sed triginta tres supputavit Eusebius, in anno 15. Imperii Tyberii; quod evidentissime falsum est, juxta Eusebium.

782	
749	
33	

Si dicitis quod 30 annos non supputavit in Consulatu Geminorum, 782 U.C., sed in 779 U.C, consulatu Getulici et Sabini, quia tunc ab excluso 749 Natalis Domini, ad inclusum 779, sunt 30 anni ab Eusebio supputati; adhuc insto: Ergo Eusebius non supputavit 30 annis, in anno 15 Imperii Tyberii? Prob. Conn. Tyberius ad Imperium ascendit 19 die Sextilis, anno U.C 767, quo obiit Augustus: annus, chronologice supputatus, primus Tyberii fuit 768 U.C., Atqui si á 779, quo supputavit 30 annos, detrahis 767 U.C. in obitu Augusti, remanent tantum duodecim Imperii Tyber. anni Ergo

779	
767	
12	

Per alteram viam haec veritas innotescit. Eu

sevius fuit celeberrimus propugnator opinionis communior, scilicet, Christum ortum fuisse anno quadragesimo secundo Imperii Augusti: Ideoque, A. L. Flor. ait: Haec fuit communior opinio, quam cum Eusebio secuta fuit Ecclesia, in Calend. Nat. sub hac epocha, suum Chron[illegible] scripsit, annec tens annum 42 Augusti, [illegible] anno 2016. Nativ. Abrae, ad Natalem Christi. [illegible] [illegible] Si, autem juxta Eusebium, Christus natus fuit anno 749 U.C., non fuit natus juxta Eusebium in 42 Imperii Augusti, sed in 39: probatur; quia si a 749, quo supponitur jux- 749
ta Eusebium, Christus natus, detrahis 710 U. 710
Cond., quo Julius Caesar Consosus fuit, succes- 39
sitque Augustus, remanent tantum 39 anni imperii Augusti, in Nativitate Christi: [illegible]

Alia demonstratione evidentissima veritas ipsa enodabitur, quo anno, posuit Eusebius, 2016 An. Abrahae ad Nativitatem Dominicam signandam? A. L. Flor ait: [illegible] Eusebius annum primum Olympiadum [illegible] anno 1240 Nativitatis Abrahae: Ergo [illegible] anni 1239.

1239, ante primam olympiadam, addendi sunt tot anni olympiadici, quot sufficiant, ad explendam summam 2014, ad Natalem Christi, et hii sunt praecise 775, quibus complentur 2014. Anni 775 olympiadici, conficiunt 193 olympiades, et 3 annos, et ex his ~~[illegible]~~ annus tertius olympiadis 194. Hic etiam annus olympiadis 194 tertius, est juxta omnes, annus 752 U.C., ergo infalibiliter annus Nativitatis Domini N. Jesu Christi, 2014 Abrahamiticae Aerae, est 752 U.Cond., 3 olymp. 194., Julianus 44., Augusti 42. ~~[illegible]~~ Annus que primus Computi Eusevii, 2015 N. Abrahae, quartus olympiadis 194., Aerae Urb. Cond. 753., Julianae Correctionis 45., Augusti 43, Aerae 39,

1239
775
2014

Hic est computus, et exordium ejus, Eusevii, Hieronimi, et Idatii; et cum idem, absque minima differentia, ab Era Vulgari Dionisiana, supputetur; nulla differentia inter ~~ambos~~ utrumque computum est. Quare plurimum omnibus profecturum putamus ~~Si ac sic plurimus, omnibus profecturum puta~~ ~~mus~~, si Chronicon ~~[illegible]~~ Eusevii, s. Hieronimi et Idatii, fieret nova editio, sotiata, cum annis Vulgaribus

catur, [illegible]. Nam si annum (e.g.) 754 U.C. scire desideras, quae feria incidit in Calendas januarii, contrarii qui eum habent NC proximum Tir. (?), cum cyclo solari 10, Liter. Dom. B. dicent, diem Calendarum januarii fuisse sabbatum; nos autem, qui illum annum habemus NC secundum Erae Vulgaris, cum cyclo solari 11, Literam Domin. A., dicimus, et quidem merito, fuisse Dominicam: hoc accidit temporibus primis Ecclesiae saeculis; [illegible] omnibus necessarium esse putamus, hanc veritatem agnoscere, et pro fundamento historiae statuere, qua, quod obscurum hucusque fuit, clarius apparet.

+
Dissertatio unica
De Epochis Justini Junioris,
Tyberii, Mauritii, et
Heraclii.

Non abs re erit, ante quam ad Assertionem de vero computo annorum Christi, Isidori Pacensis in Chronico suo, deveniamus, tractare de Epochis Justini Junioris, Tyberii, Mauritii, et Heraclii, maxime cum in Cathalogo nostro consulum Romanorum Imperatorum quæ, alliquid, à comuni sensu Chronologorum, signanter, á Clar., Erud. que Patre Henric. Flor. sentiamus; aliénum, quidem, numquam spiritu contradictionis, quia fatemur, opinionem ejus, ob inacessibilem eruditionem, quæ in scriptis suis demonstratur, esse ordinatam legem, ab omnibus sequendam; sed ut rationem reddamus novitatis nostri Cathalogi, circa prefatas Epochas, in honorem utriusque Isidori, tam Pacensis, quam Hispalensis, exarati.

Unum de maximis erroribus Chronic. Isidori Pacensis, quibus insertus plurimum laborat, est, quod Epocha Hegiræ mahumetana nectatur anno septimo Imperatoris Heraclii, cum pene omnes Chronologi

suadere conentur, eam exordium sumpsisse anno undecimo, vel duodecimo hujus Imperatoris: sicque maximum errorem induxisse, obscura in assignatione orsi Regni: ex quo Ven. Isid. imputantur, absonantiae plures, signanter illa deffectus cognitionis annorum Lunarium; quod eos confundisset cum solaribus, et [illegible], quod dicta Chronica ejus ignorantia, fuit: [illegible] hoc ita sentire de scriptore Episcopo, cujus priscis illis temporibus, ministerium principale fuit scribendi fastos temporum, deturpe et absonum est.

Hanc censuram [illegible], si non expresse, tacite ad minus, Eruditissimus Doctor Hispalensis Isidorus etiam meruit: quia etiam sibi [illegible], idem versiones tribuitur. Clar. P. Florez Tom. II. Hisp. sacr. pag. 211 edidit in lucem, perantiquum Chronicon Cerratensem, Cujus initium ita se habet.

:Era XXXVIII natus est Christus

:Era DCLVI. Prophetavit Mahomechus, tempore Sisebuti Regis Gothorum, et tempore Heraclii Imperatoris Romanorum. X annis sectam tenuit, et obiit Era 666, Anno Heraclii XVII. docente Hispali Isidoro.

Si per decem annos docuit Mahometus Diabo-

bolicam, seductoram, erroneam doctrinam, Obiit Sanno Aerae 666. qui fuit decimus septimus Heraclii Imperatoris, absque dubio, exordium suae predicationis, erroris qui, fuit anno septimo Heraclii; et cum dicatur á Cerratense, docente Hispali Isidoro, tribuitur ei eadem doctrina, ae Isidoro Pacensi: maxime cum constet S. Doctorem recapitulasse Chronicon suum anno quinto hujus Imperatoris, et quarto Suerbuto Gothorum Regis, qui, in authoritate Cerratensis, citantur.

Non solum Verum est, S. Isidorum juxta epocham in sua recapitulatione exaratam, Heraclii, non totum quod ei imputatur scripsisse sed etiam aliud sensisse: quam hodie nostri Critici Moderni: quia sub Ar. Orbis conditi, quinquies mille Octingentessima quatuordecima, qua signavit, Heraclii quintum annum, facta detractione radicis computi ejus, quinquies millem centum nonaginta sex, remanent ad quintum Heraclii annum, 618 Ar. Christi communis; quae septimus, juxta Si

doni sententiam, fuit sexcentesimum vigesimum
et sic forte, ~~[illegible]~~ in Chronico MS. a Doctoris, allitea,
ut potuit, constavit, ab eo Cerratensis sumpsit
sententiam ejus.

~~[illegible]~~ Ut autem sententia utriusque Isidori non ab-
sona videatur, ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ collectio-
nem fac~~[illegible]~~ intendimus omnium momentorum, quibus ta-
lis sententia sustineri potuit, tantum ut hi Viri
Illustrissimi, á censura erroris calculi, liberi reto-
gantur; quid quid sit, quod haec, vel illa, opinio
provavilior sit. Ad hanc solam demonstrationem,
et enucleationem, Tabulas Consulum Romanorum,
Imperatorumque, sub hoc sisthemate laborabimus,
cum tamen, liberum cuique sit, ~~[illegible]~~ eam sen-
tentiam propugnare ~~[illegible]~~ et putare probabiliorem quae
magis ~~[illegible]~~ ei placuerit; á quo judicio prescindimus.

Primum videtur nobis, ut diximus de Cerra-
tensi, Sacerseem hanc sentententiam habere po-
tuisse ab Hispalensi Isidoro, qui ~~[illegible]~~ continuator
fuit Chroniconis, ut ait Archiepiscopus Marca
historia de Bearne lib. 2. Cap. 1. n. 3. quem locum exal-
ravit D. Florez 8. Tom.: Ce bon personage vivoit au
meme temps que les Mores firent leur entrée en
Espagne

= Espagne, & dressa une Chronique de choses plus me-
= morables de son temps, laquelle il adiouta com-
= me une appendice & continuation à celle d'Isido-
= re de Seville, é la termina en l'année 754 de l'in
= carnation qu'il apparie avec l'Ere 792 & l'année
= 5954 du Monde:: Onne peut donc avoir des instruc
= tions plus aseurées, de l'estat du Christianisme, sous
= les sarrasins envahissans l'Espagne, que de celui
= qui estoit Eveque de profesion, et temoin oculai-
= re, de ce quise passe. Hic Illustrissimus Author,
non tam inermem consideravit Pacensem, ut non
potuisset aptare continuationem Chronici Isidori
Hispalensis, cum tantum, Episcopum consideretur
profesionis, fuisse.

Haec veritas enuntiatur in recapitulatione
Chronici sui, ubi post signatos annos ab origine
mundi, quinquies mille nongenti quinquaginta
quatuor, quos supputaverat, anno decimo Cons-
tantini Copronimi, Æraque septingentesimam no
nagesimamsecundam, incarnationis Dominicae an-
no 754, innuit, rationem supputationis sumpsisse,
anno 5200 Mundi; at ut Continuata
D Isidori, dixit; quod cum juxta eum, ab Adam.
usque ad Nativitatem dominicam, quinquies mille
centum nonaginta sextantum anni transcurrissent,

subtractis quatuor, ab anno ~~[illegible]~~ quinquies millessimo ducentessimo quem ad suum computum totum dum praescripserat, eorundem 5196 ad Christi Nativitatem, quadragessimum secundum Imperii Augusti annum remanerent; et hoc etiam modo á Christi Natali, ad annum juxta hipotesim 5950, subtractis quatuor, diminuto que effecto suo computo, sidem anni Incarnationis Dominicae septingenti quinquaginta quatuor supputarentur; quod discretissime declaravit, ut rectus continuator ~~[illegible]~~ Doctoris Isidori, ostenderetur.

Sic non recte R. P. Flor, post editionem Chronici Isidori Pacensis, in notis ad intelligentiam Tirae Orbis Conditi, elocutus ~~[illegible]~~ quod ad inveniendos annos Vulgaris computi, a quacumque Epocha, per eam citata, detrahendi sint anni quinquiesmille centum nonaginta sex. dum evidenter appareat, eum supputasse annos á Christo nato, 5200, et juxta hoc systhema, Epochas Imperatorum, Regum que, exarasse; proinde que detrahendi ~~[illegible]~~ 5200, quos supputavit ab exordio Mundi, ad Ortum Christi. Et ostenditur, quia si á quinquiesmille-

nongenti quinquaginta quatuor, quos in recapitulatione Chronici numeravit, detrahantur quinquies mille centum nonaginta sex, remanent septingenti quinquaginta et octo, quos non supputavit, sed tantum 754, qui remanent, facta detractione Quinquiesmille[um] et ducenti.	5954 5196 758 5954 5200 754

Secundum: quod intantum incepisset error in assignatione anni septimi Heraclii, ad exordium in Hegirae, quantum non esset opinio probabilis, quae suum intentum faveret: praescindentes autem ab authoritate Isidori Hispalensis, plurimi sunt, qui pro sententia Pacensis, inveniuntur opinantes.

Tercium: Quia ut haec veritas demonstretur ad Epochas Justini Junioris, Tyberii, et Mauricii, in quibus est nodus difficultatis recurrendum est. Primae Justini Junioris, absque dubio, habemus exordium, anno 567, quo supputavit primum sui Imperii annum, licet regnare coepiset morte decesoris sui, mense novembri, anno 566 Christi. circa annos vero regnatus ejus, inter Chronologos oritur dubitatio: at Evagrius Autor sinchro-

et oculari Testis rerum (juxta relatum ab Emin. Patre Chronologorum Baronio, ad annos 578, et 582 Christi) ait Lib. 5. Cap. 23. Ut autem ordinem temporum accuratissime complectam, intelligendum est, Justinum Juniorem, per se solum, ad annos duodecim, et menses novem cum dimidio regnasse, atque una cum Tyberio, ad annos tres undecim menses

Hic ait Baronius, ut corrigas eos, qui Tyberium colocant quatuor vel quinque annis, ante, in suis Annalibus: et sequitur: Quingentesimo Octogesimo secundo anno Redemptoris, Indictione 15, Justinus Imperator, post annos Imperii sexdecim, menses que novem cum dimidio exactos, ex hac Vita recedit, mense Augusti, ut testatur Evagrius: Tyberius que solus quatuor: Quingentesimo Octogesimo sexto Christi anno, quartae Indictionis, mense Augusti, moritur Tyberius Imperator, atque in locum ejus Mauricius subrogatur.

Indubitabile reditur, quod Tyberius fuisset Collega Justini, nam ut ait Baronius: Evagrius rerum praesentium inspector, rationem exara-

exaravit hujus Collegialis Imperii, dicens: His re-
=bus auditis (nempe Persarum felicibus progressi-
bus) Justinus praenimia insolentia, et superbia,
=sanitate animi, et prudentia, ex mentis domici-
=lio exturbata, casum qui acciderat, multo acer-
=bius quam humana fert consuetudo, tulit: adeo
=ut, de coetero, rerum quae gereret, nullum om-
=nino sensum haberet. Itaque Tyberius Thrax,
=qui facile Primas apud Justinum obtinuit, Rei-
=publicae capessit Administrationem. Quis ergo
sibi suadebit quod Evagrius rerum illarum Inspector,
Constantinopoli, talia scriberet, nisi vera essent, ubi
convincere eum poterant de mendacio?

~~Itaque~~: si ~~ad~~ annos 566 ante Justinum	566.
addis hujus (imperio collegiale collecto) 16	16
annos, Tyberii solosquatuor, Mauritii	04
21. Phocatis. 8. et Heraclii 7 conficitur	21
	08
	07
summa sexcenti viginti duo annor.	622

quo, 16 die Julii, more Chronolog. Turcé, initi-
um Hegira sumpsit.

Nec dubitabile redditur, Indictio 15 in Obi-
tu Justini citata, anno decimo sexto Regni sui.
Quia anno 566, quo e vita migravit Justinia-
nus,

supputata fuit indictio 14, usque ad mensem septembris, quo juxta methodum Orientis, muta fuit 15, qua supputavit Justinus annum primum sui Imperii, et cum alterius quindecim alterius circuli Indictionis explevit decimum sextum regni sui annum. [redacted] eadem enim ratione, Indictio quarta, anno quarto Imperii Tyberii aptata venit.

Quartum: Quia [redacted] Ipse Emin. Baronius, ad ann[redacted] 586. [redacted] ad S. Eustachium, ait se eum illo anno praesentem fuisse, ad obitum S. Euthichii, Constantinopolitani Episcopi, narravit que Tyberium voluisse accipere benedictionem ejus, ante quam é vita migrasset, et habere suum beneplacitum, circa electionem successoris Imperii: quo casu praenuntiavit ei proximam futuram mortem, quae accidit intra quatuor menses. anno nono Pelagii II Romani Pontificii: [redacted]i autem respicis Cathalogum Romanorum Pontificum, in Clave Historiali, A.P. Florerii, soeculo sexto, Invenies Pelagium II exaltatum ad Romanam supremam sedem, fuisse anno Christi 577, [redacted] nonum ejus annum fuisse 586 A. Christi,

quo obierunt S. Euthichius. et Tyberius: ~~[illegible]~~
Autoritas Evagrii, de morte Tyberii, illo anno 586, confirmatur alia, Authoris etiam Sinchroni, testis que rerum ocularis.

Tertium. Siue Marius Aventicensis, scriptor etiam Sinchronus, iuxta A. P. Florez (qui ait scribebat suum Chronicon, anno 624. ut videre poteris in 5. Tom. Hisp. sacr. Cap. II. á n. 46) sequentes Epochas, ex eo, adduxit:

Anno VII Tyberii, Indictione IV.
Gothi sub Hermenegildo Leubigildi Regis filio, bifariae divisi mutua caede vastantur.
Indictio V.
Mauritius annis 21. (XXI)

Hic indubitabile redditur, annum septimum Tyberii, á collegiali imperio desumptum, fuisse quingentesimum Octogesimum sextum; quia si eis addis, iuxta regulam Chronologiae, tres qui praecesserunt circulum Indictionis, vulgo mas, et dividis per 15, invenies indictionem quartam: ex hac autoritate legitime infertur; quod anno 586 nondum passus fuerat Her

586
3
589 | 15
13 : 39
(04)

menegildus, quia tunc, imperante Tyberio, Pater et Filius, mutuè incursionibus vastabantur, et quod Indictione sequente quinta, Mauritius ab rogavit Imperium.

Sextum Quia S. Hispalensis Isidorus, etiam Author Cohetaneus, seu Sinchronius, tractans de imperio Tyberii, ait: Tyberius regnat annis VII:: Gothi per Hermenegildum Leuvigildi Regis Filium bifariè divisi, mutua caede vastantur. Verum enim est, quod S. Doct signavit finem Tyberii sub Æra Mundi quinquies millesima septingentesima Octogesima et quod facta detractione radicis annorum Christi, remanent quingenti octoginta quatuor, ex quo deducitur, ad minus, quod Mauricius non supputavit primum sui Imperii annum, usque ad quingentesimum octogesimum quintum Christi:

578.
5196 m
584

At notandum est, quod clausula hujus Chron., circa mutuam caedem, et vastationem Patris et Filii, eo uno ore procedunt, tam in Chronico Isidori Hispalensis, quam Aventicensis: quia tamen

s. Isidorus, ante quam Marius suum Chroni-
conem clausit, animadvertendum est, Aventicen-
sem clausulam oblivioni ex Chronicone Hispalen-
sis; et quod á M.S. quem videat ille extraxit an-
num, quo Tyberius obierat, nempe 586, septimo
sui Imperii.

Septimum Jura Idem Emin. Baronius, ad
annum 582, se referens ad s. Gregorium Turonen
sem, ait eo anno confectam fuisse sacram Si
nodum Cavilonensem, contra Sagitarium et
Salonium Episcopos Gallos. anno quarto Chil
deberti, primo que Tyberii Imperatoris; ex quo
etiam evincitur, Tyberium é vita non migras-
se anno 582 Christi, cum imperasset ad minus
quatuor annis, ab alliquibus plures sup
putentur.

Octavum. Argumento, desumpto ex
duabus Pragmaticis, in favorem filiorum Colo-
norum Africae, liberatis: quas videre poteris
in colectione earum, in finem Codicis Justiniani,

facta à Dionisio Gothofredo. quarum prima subscriptio ita se habet: Dat. Calend. Mart. C.P. Imper. D.N.P.P. Aug. Justin. 5. Indict. 4. Vale Theodore Parens Charissim. atque amantis. & Quart. Leg. Dat. Calend. Mart. C.P. Imp. D.N. Justini P.P. Aug. anno V, post consulat ejusd. D. Nann. Secunda incipit: Consuetum et peculiare &c et subscriptio: Divinitas te servet per multos annos Parens Charissime, atque amantis. Quart. Leg. Dat. Idibus Aug. C.P. L. D.N. Tyberii Constantini P.P. Aug. anno VIII et P.C.L. ejus ann. 3. et R.S. Maur. Caes. anno primo. ex quibus evincitur, Tyberium, cum collegiali Imperio, octo annos regnasse, quibus, et duodecim Justini Junioris, conficiuntur viginti, utriusque, quibus adjunctis 566 ante Justinum Juniorem, conficiuntur 586 in obitu Imperatoris Tyberii.

Nonum: desumitur, ex Chronicone Joannis Biclarensis. Hujus Authoris scripta sicut sunt, ut ita dicam, manna, quae mirabile condimentum; unicuique tribuit quem appetit

saporem [illegible] hos, enim [illegible] roboratum primo de obitu Tyberii, et successione Mauritii, anno 582 Christi; at nobis non ita videtur, quia etiamsi verum sit, quod juxta Ordinem Chronologicum annorum, uniuscujusque Imperatorum, ab Epocha Justini, ad mortem Tyberii, et successionem Mauritii, anno 582 deveniatur; hoc tamen non acquiritur absque inconstantia et contradictione narrationis factorum; itaut nesciamus quid ut verum habendum sit, et tali inconstantia, nihil certum existimandum judicamus; [illegible]

Primo Quia infine anni decimi Justini Junioris ait: post Benedictum Romanae Ecclesiae Pelagius Junior ordinatur Episcopus: praeest annis XI. Hoc fuit anno Christi quingentesimo septuagesimo septimo: cum tamen decessor fuisset S. Gregorii Magni, et constet evidenter, hunc ascendisse ad Pontificatum, anno 590, et inter eum, et decessorem Pelagium, interregnum non havisse, evincitur, regnasse Pelagium II, seu Juniorem, tredecim annos, non undecim, quos signat Pontificatus hujus.

Secundo. Quia ~~ad~~ annum quintum Mauritii, primum que Recaredi, ait: Pelagio Junione mortuo, Romanae Ecclesiae Gregorius in Episcopatum successit: praeest ann. XV. Nunc sic: S. Gregorius ad dignitatem Pontificiam ascendit anno 590 Christi: hoc anno Mauritius, et Recaredus inierunt, ille quintum, iste primum sui Regni annum: Ergo non recte ~~[illegible]~~ asseritur ~~[illegible]~~ supposise exordium Epocham Mauritii Imperii, ~~[illegible]~~ anno 582, et Recaredi ~~[illegible]~~ 586; quia juxta hunc textum sue exordium ~~[illegible]~~ sedit Mauritius ~~[illegible]~~ anno 586 Christi, Recaredus autem anno 590.

Tertio: Quia in fine Chronici, ad annum octavum Mauritii, quartum que Recaredi, contrahit celebrationem sacrae Synodi Toletanae tertiae, qua, radicitus, Praesentia, favore, et protectione Religiosissimi Principis Recaredi, Haeresis Arriana amputata fuit; et facta comparatione hujus Catholici Principis, cum Magno Constantino, quia si hic praesidente sacra synodo Nicaena, Au torem

torem haeresis Arrianae damnavit, in ea, ille in Toletana Synodo penitus eliminavit eamdem, ab Hispanico Imperio, ait: A vigesimo Ergo Imperii Constantini Principis anno, quo tempore haeresis Arriana initium sumpsit, usque in Octavum annum Maurititii, principis Romanorum, qui est Recaredi quartus Regni annus, anni sunt CCLXVI hoc est ducenti sexaginta sex. Si tamen calculus desumitur ab anno trecentesimo vigesimo quinto, qui celebrata fuit sacra Nicaena Synodus, addique ducentos sexaginta sex, conficitur summa quingenti nonaginta unus. ad celebrationem sacrae Synodi ~~[illegible]~~ mensuram temporis, etiam facit, ab anno vigesimo Imperii Constantini, ~~qui~~ quidem annus nulla in opinione ulla fuit ~~[illegible]~~ 325 Christi, sed trecentessimus vigessimus Octavus; si quare ~~[illegible]~~ addis 266, fiunt quingenti nonaginta quatuor ad Octavum annum Mauritii, quartum qui Recaredi, quo celebrata fuit sacra Synodus Toletana tertia, regnante in Pontifitio solio, Gregorio Magno,

325	
266	
591	
328	
266	
594	

ut alliqui opinantur.

Decimum desumitur ex Authore Phanalis Chronologici, non quod suam fidem, sed ob authores ab eo citatos, quos non habemus, licet in manibus preterea credimus, quod fideliter ad eos se referat. Nota 4. pag. 265. dic: El Clar. Spondano le atraso al año 588. (loquitur de obitu S. Hermenegildi) pero sin razon que haga verosimil su pensamiento, sobre el año Quinientos y noventa: n. XII se esfuerza para probar que en este año murio Leovigildo con la autoridad de Sn. Gregorio Turonense: mas yo le doi la de nro. Dr. Grande S. Isidoro en su confirmacion, sin que ni su año 590, ni el que yo le concedo de autoridad de S. Isidoro se opongan al Martirio de S. Hermenegildo en el año 587 vulgar Dionisiano, á que le anesa el P.e Mariana, y los que seguimos su opinion. Pues en el computo de S. Isidoro, de Sn. Gregorio Turonense, de Sn. Juan de Balclara, de Idacio, y de quantos empezaron el Computo de los años de Christo, desde el año quarenta y tres de Augusto, es erat verdadera, y realmente y por identidad de Orden, un mismo año

el 590 deste computo, que el 587 del computo Vulgar: Alega al Tudense: quien dice fixa la muerte de Leovigildo al año quinto de Mauricio, y primero de S.n Gregorio Papa, y Era 628 de España, mas esta autorid. y la Equivalente de S. Juan de Baclara, quanto le eximan de facil, en relacion de successos de España, agravan la culpa delos presumidos copiantes, que viendo enel original el año 590, le añadieron las demas notas Characteristicas Chronologicas del año quinto de Mauricio, y dela exaltacion de S. Gregorio el Magno al Pontificado. Debieron haber advertido, que entre el 590 notado por aquellas Doctissimas plumas conel reinado de Recaredo, y muerte de Leovigildo, iba, y va la distancia de tres años, pues el 590 Isidoriano es el mismissimo, que el 587 Vulgar Dionisiano, sinque tenga otra distincion, que la original de ambos computos, porla que al año mismo le llama uno 587, y el otro 590.

[illegible] Ex hac ergo auctoritate, et Authoritatibus ab ea citatis, [illegible] [illegible] dejectis deliramentis, computi praecedentiae, anni [illegible] Christi, [illegible] Aeram Vulgarem, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] juxta

S. Gregorium Turonensem, Victorem que Tunnensem hic Synchronus, quartum Mauritii annum et exordium quinti, quo e vita migravit Leovigildus, et exordium temporis, regnaturi Recaredi, fuisse annum 590, quo ad Pontificatum Gregorius Magn exaltatus fuit: sic que primus Mauritii fuisse annum 567 Aerae Vulg. ob mortem decessoris Tyberii, antecedenti anno 566.; quo itaque omnes scriptores conveniunt, ut synchronis in Epochis Justini Junioris, Tyberii que etiam annorum Imperii eorum duratione. Sed

Ob. I: In actis S. Gregorii Magn: ad Concilium Romanum, die 15 Julii, anno 595 sic legitur: Regnante imperpetuum D.N. Jesu Christo, temporibus piissimi, ac serenissimi Dominorum Mauritii, Tyberii, et Theodosii Augustorum, ejusdem Domini Imperii Mauritii anno tertio decimo, Indictione tertia decima, &c. Atqui Mauritius annis imperii supputatis pari pari cum Indictionibus Tyberius non decessit indictione quarta: Ergo.

Ob. II: Jan. L. Flor. Tom V Hispan. Sacr. edidit Inscriptionem quandam, in Lapide exaratam, et inventam

inventam in puteo Conventus S. Mariae de Mercede, Civitatis Carthaginensis, hujus tenoris:

+ Quisquis ardua turrium miraris culmina
Vestibulum que Urbis, duplici porta firmatum
Dextra levaque binos positos arcos
Quibus superum ponitur camera curba convexaq
Comitiolus sic haec fieri jussit Patricius
Missus a Mauritio contra hoste barbaro
Magnus virtute Magister mil Spaniae
Sic semper Spania tali rectore letetur
Dum poli rotarum dumq sol circuit Orbem
Anno VIII Aug Indict. VIII.
8.

At quia hoc monumento Antiquitatis, evidenter ostenditur, Imperium Mauritii exordium [redacted] sumpsisse anno 582, quo indictio prima supputabatur: Ergo false asseris, Tyberium decesisse Indictione IV, successisse que Mauritium.

Ob. III Juxta S. Isidorum: in Historia Gethorum S. Doct ait: Aeram 624 fuisse quartum Mauritii annum; [redacted] qui facta detractione 38, remanent anni Christi 586: ergo imperare misit anno 582 A. V. [redacted] in ipsa Historia, annus X Heraclii, citatur [redacted] sub Aera 659, [redacted] qui facta detractione, remanent anni 621: Ergo primus Heraclii fuit 611 Aerae Vulg., et per consequens, septimus Heraclii annus fuit juxta S. Doctorem 618; [redacted]

non autem 620, nec 622.

Ob. IV: Clar. P. Flor.

edidit Inscriptionem cujusdam columnae, quae in loco subterraneo inventa fuit, collocata in claustro Toletanae Metropolitanae Ecclesiae, ubi legitur.

In nomine Domini Consecra
ta Ecclesia Sancte Mariae
In catholico die primo Idus
Aprilis anno feliciter primo
regni Domini nostri gloriosissi
mi Fl. Recaredi Regis Era
DCXXV

Atqui ab Aera hac 625 detractis 38, remanent 587 in anno secundo Recaredi Regis, qui fuit sextus Mauritii: Ergo qui hic supputavit primum sui Imperii annum in 582. Hoc monumentum, vere argumentum decisivum est dubii, circa Epochas Tyberii, et Mauritii.

Respondeo. Ad 1. transeat maj. et neg. min: Quia et si verum sit, quod in Actis S. Gregorii ita legatur, non tamen inde sequitur. De indictionibus illorum ac eorum, ait Emin. Baronius, in fine ad annum 602: Apud Sanctum Gregorium, et Bedam

in publicis monumentis, deprabatam interdum inveniri mineatum indictionum; [illegible] nulla[illegible] [illegible] habet Argumentum.

Ad secundum. Transeat etiam maj. et neg. minor, nam eoquo ita legatur, non infertur, verum esse contextum exaratum in Lapide. Primo quia dubitatur de vero contextu Inscriptionis, Nam Cl. L. Flor. ait: vidisse alliam copiam ejusdem lapidis, qua in locum verbi illius positos legebatur positivos, in locum illius ~~sivaba~~ uxia, legebatur Curnea: illamque habere pro initio has literas: Q. S. S. A. M. quas allia non habet. Cum tamen lapis unum idem semper verbum loquatur.

Secundo: quia elocutio Latina elogii, est barbara, rudis et non enim credendum est, quod in honorem tanti Imperatoris deesset qui eam eleganter conficeret.

Tertio: quia de fide similium monumentorum, dubitandum est, quando per historiam exaratam ab Auctoribus sinchronis recte fidei, et opinionis[illegible], contrarium testatur; [illegible] quam ob rem: Conjectura Claris. Pagii est, aut á credente cosa

rante erratum, aut ad alium finem nobis ignotum confectum: Quod in Indictionibus sit evidentissime error, evincitur: Quia Tyberius vita functus fuit 13 die Augusti, Indictione prima, in qua tantum habuit 18 dies, quia prima septembris jam secunda Indictio supputabatur; taliter, quod in viginti diebus regnatus, transcurreret secundam Indictionem: quando complevit suum primum annum, post 18 dies, jam supputabantur tres indictionis, unus que imperii annus expletus: Ergo [illegible] numerantur tot anni Indictionis, quot Imperii; sicque rejici debet [illegible] inscriptio, a cordatis Chronologis.

Quarto: quia Idem Emin. Baronius, ad Pragmaticam Sanctionem, in favorem filiorum Colonor. Africae, Data anno Octavo Imperii Tiberii, qua constat eum Creasse Caesarem Mauritium: ait: habes praeterea non Imperatorem a Tyberio Mauritium Creatum, sed Caesarem: nomen que Imperatoris non nisi post mortem Tyberii accepisse. Forsitam si Tyberius tempore sui Imperii alliquos Maurítio honores concessit, adu

lationis

laciones causa, ad Augustam Dignitatem propagarunt.

Ad III. transeat antecedens, et neg. cons. Certum est, quod hodie in editionibus factis Historiae Gothicae, Clar Doctoris, Epochae Imperatorum, Regumque Gothorum, sub Aeris in Argumento notatis, inveniuntur: at hoc ~~[illegible]~~ contra mentem ejusdem Clar. D. factum nimirum est, ab editoribus, et correctoribus Historiae Gothicae; et ~~hoc~~ probatur evidentissima demonstratione.

S. Doctor [illegible] Justinianum decessisse anno mundi 5762, facta que detractione radicis computi, 5196, remanent 566 ante Justinum; hec Epoca certe non impugnabitur: si [illegible] addis	5762 5196 rest 566 11 7 584

11 ann. Justini Junioris, et septem Tyberii, quos S. Dr supputavit, invenies in morte hujus 584 annos, primumque Mauricii in 585 Aer. Ergo Aera 624 in anno quarto Mauricii, a qua facta detractione rem. 586 Christi; per quam primus qui signatur 583, non est de mente S. Isidori, accedit quod hodie etiam videamus in Chronicis hanc Epocham signatam ann. 585 Christi Aer. N.

Transeamus jam ad Epocham He	584
raclii: Habemus juxta S. Doct. 584.	21
annos in fine Tyberii: addantur juxta	8
ipsum, 21 Mauritii ~~annos~~, Octo Pho	5
catis, et quinque Heraclii, et conficient sum-	618
ma ~~anni~~ sexcenti octodecim anni. Sitamen	
a 5814 ab Orbe Condito, quibus sig-	5814
navit annum quintum Heraclii in	5196 rest
Chronicis, ~~ex~~ detractionem facis radicis	618
ejus Computi 5196, invenies in quinto	4 rest
Heraclii, eosdem 618, et si detrahis 4.	614

ut ostendatur primus, invenies 614 Ergo Aera 650 qua in Historia Gothica annum secundum Heraclii signat, facta detractione, 611 Christi, non est de mente S. Isidori. Hoc faciunt nonnulli Correctores, et Editores alliorum operum, ut opinio eorum praevaleat; ita et, sensum Doct. exponunt ~~[illegible]~~, ut ~~facile~~ ipsum Autho. credi ipsime inconstantem, et varium fuisse in sisthemate computi; q.d de S. Isidoro abiit ut somnietur.

Ad IV. Nego maj. quia adhuc ~~facta~~ suppositione, quod Aera ~~in~~ in inscriptione exarata, sit 625; annus 587 Christi, ~~[illegible]~~ esse non fuit, nec potuit secundus

Regni Recaredi, nec 589, annus ejus quartus, quo dicitur celebratam fuisse tertiam toletanam synodum; quia cum ex inscriptione constet annum 587 esse annum primum Recaredi, in 589 nonnisi aliud supputari potest, quam tertius. et cum quartus fuisset ille quo Synodus celebrata fuit, nequaquam in anno 589 [illegible], sed in 590. ejus celebratio incidit.

Diximus adhuc facta suppositione, quod esset Aera exarata in Columna 625, quia ut fert opinio mea [illegible] Aera cusa in ea fuit, sexcentesima trigesima: moveor ad hoc, variis conjecturis: principalis omnium, est, considerare [illegible] Characterem ultimum Aerae, fideliter gravatum a R. P. Flor. [illegible] potius fuisse in Origine X quam V: Haec Litera tantum constat duabus lineis diagonalibus sursum versum [illegible], constat que, duobus pedibus sursum figura alterum exarata tantum recta hac forma X; solum enim V forma tur a dimido liniae; et tunc ceteris Characteribus inaequalis redditur. [illegible], ex quo, et apparere initium lineae transversae, deorsum versum; ut constitueret literam, seu Characterem X, in ferrum talem fuisse sed exarata aliquo [illegible], aut mala conserva

tione pars illa lineae transversae, obscurata fuit taliter, ut solum exordium ejus notetur.

Secunda: quia idem suadet uniformis consensus Chronologorum Synchron. Nam si Era consideratur 630, facta detractione remanent 592 anni Christi computi vulgaris: et verificatur authoritas testium ocularium, Evagrii, S. Eustachii, Marii Aventicensis, qui dicunt Tyberium decessisse Indictione IV, anno 586 Christi, annumque primum Mauritii fuisse 587, quartum qui 590. ut exposuimus probationibus tertia, quarta et septima: et juxta veram Pragmaticarum Sanctionum in Octava.

Sic etiam verificatur, quod S. Joannes Biclarensis terminanter ait; nempe, annum quintum Mauritii et primum Recaredi, exordium sumpsisse anno 590, quo Pontificatum adeptus fuit S. Gregorius: et quod anno quarto Recaredi, Octavoque Mauritii, scilicet 594 celebrata fuit tertia toletana synodus: quia tot sunt anni qui conficiuntur summa 328, in anno vigesimo Constantini Magni, et ab eo usque ad illum, quo S. Joan

nes

neo Biclarensis claudit Chronicum, [illegible] du-
centi sexaginta sex. Verificaretur etiam opinio
s. Gregorii Turonensis, Victori que Tunensis Sin-
chroni, circa mortem Leuvigildi Regis anno
590. Sic etiam quod á Maria Aventicense
et s. Isidoro Hispalensi asseritur; quod nempe regnan
te Tiberio, anno 586, Leovigildus, et Hermeno
gildus befariae divisi, mutua caede vastabantur.
et per consequens, [illegible] Martyrium, et passio
s. Hermenegildi, [illegible] anno 589. Mors Patris
anno 590; annus primus Recaredi [illegible] 591;
secundus, post mensem Aprilis, cujus idibus
dicata fuit Columna, in memoriam conse-
crationis Ecclesiae s. Mariae, [illegible] et sic
quartus Recaredi, Octavus Mauritii annus
594, quo tempore Pontificatus s. Gregorii Mag
ni, celebrata fuit tertia Toletana synodus
ut non nulli opinantur.
Absdubio Sunt magni momenti, [illegible] autho
ritates Scriptorum Sinchron. et talium scrip
torum. ut Evagrius, rerum praesentium Inspec
tor, Familiaris Domus Imperatoris Tyberii, Sanc
tus Curthachius s. Gregorius Turonensis, Victor Tu

nenses: S. Joannes Biclarensis. S. Isidorus Hispalensis, Spondanus &ca. non enim monumentum antiquitatis equivocum, aut male conservatum, fiet tan preclaris DD. debitam [illegible] his ita intelectis, nec fallor, [illegible] omnia concordantes aparent. Nam cum despicentia scriptorum sinchronorum, statuere allud sisthema, circa epochas Tyberii et Mauricii, absonum est, maxime, si fundetur in autoritatibus scriptorum, in quibus contraria sensu invenitur, ut in S. Joane Biclarensi; quamquam Epochae annorum Imperatorum equivocatae sunt; ut accidit in Epoch. Tyberii, cui tantum sex annorum regnatus tribuitur, cum regnaverit octo ann. ex Mario Aventicensi, qui expresse docet, annum septimum Tyberii, (expletum intelige) fuisse indictionis quartae, precise que 586 Christi.

Hoc, ita inteligi volumus, ut sit subjectum correctioni Eruditorum, et ut apparat, ut evidentissime demonstramus, Opinionem fuisse fundatam in autoritate scriptorum non inferiori notae, quod annus septimus Heraclii fuit

622 Christi, seu Aerae Vulgaris, quo exordium
sumpsit Mahumetanae Hegirae computatio;
qualia in hac parte, liberi sunt Duo Isidori Pa-
censis, atque Hispalensis, ab omni censura, non tan-
tum erroris, sed etiam Equivocationis, ut os-
tendimus in probatione tertia, et sequentibus:
tam enim Aera 656, quam annus 618
Christi, in primis Epochis Chronici Isid-
ti, sunt longe à mente ejus. utrumque ergo ab edito-
ribus, qui Tahamitet nec non dubitarunt, inducum,
merito quidem putamus, ex sola variatione contextus,
in editionibus hujus Operis, et in Mss. scriptis ejus inventa,
in hac parte denique hui. Clar. Scrip. deturpari non
merentur.

Art. xxxii.

De vero computo annorum Christi, Chronici Pauli Orosii.

Clar. D. Henr. Flor. Tom. 4 Hispan. sacr. Append. finali, de Chronicone Pauli Orosii, et annis supputationis ejus, sic ait: En los años de Roma se añade haver sido computo usado por nuestro Español Paulo Orosio: y assi puede servir para su Historia, no tanto para entender, y reducir su Chronologia, quanto para corregirla, y arreglarla: porque segun anda impresa, es mucha la inconstancia de sus años, tanto que no ha faltado quien diga haverse atemperado á diferentes principios, en la Epoca de Roma.

Pero dibo prebenir, que como Orosio floreció antes que Dionisio el Exiguo, no debes estrañar, que se diferencie en computo, del que ponemos aqui, acomodado á la Dionisiana, conforme hoy la usamos. Porque Orosio puso el Nacimiento de Christo en 25 de Diciembre del año 752 de Roma. Nosotros señalamos el 754. Si el 752 de Orosio no tiene errata. (Como parece que no por la firmeza con que lo re-

pite

y por el coteso con otros años, y Consulados pre-
cedentes) se infiere que se diferencia dos años de
Dionisio; pero esto solo causa diferencia en orden
al verdadero año de Christo, sin que deba alte-
rar el Computo Vulgar, por quanto Orosio no
prosigue contando por años del Redentor sino
por los de Roma. Y asi se ve, que en los sucesos
siguientes, señala comunmte. unos mismos años
que nosotros (V.g.) La muerte de Augusto, y prin-
cipio de Tyberio fueron en su sentencia, en el
año 767 de Roma. y esto corresponde al año 14 de
la Era Vulgar Christiana; que es el mismo que ha-
llarás en las Tablas confrontado con el 767 de la Epo-
ca Romana Varroniana. El Imperio de Caligula
le anesa Orosio al año 790 de Roma, que corres-
ponde al 37 de la Era Vulgar. Asi se verifica
tambien, en nuestro Computo, por lo qual aunq
nos diferenciemos en el año en que fue el Naci-
miento sabrás por la Epoca de Roma, la reduc-
cion que debes hacer á los años Vulgares.

Tom. II Pars. I. Cap. VI n. 153. art: segun
la opinion mas general de nuestros antiguos

escritores concurria con este año 38 (loquitur de Æra Hispanica) el 4 del Emperador Augusto, pues ponen que nació el Redentor en el año quarenta y dos de su Imperio como se halla en Orosio Lib. 1. Cap. 1.

Quod primum notavit R. P. est quod inter computum annorum Christi Orosii, et computum vulgaris Æræ, ut nunc utitur, est differentia duorum annorum: Vidit hanc differentiam R. P. per computum augescentiae, quia talem differentiam non notatur inter ambos computos. Nam ibidem ait, Augustum decessisse anno 767 Æræ Urb. Con. justa Orosium, et quod in eodem anno juxta vulgarem computum é vita migravit. Videamus jam quota sit differentia: si á 767 quo obiit Augustus juxta Orosium detrahis 752, quo juxta ipsum natus fuit Christus, remanent 15. si detrahis 753 quo natus fuit justa vulgarem computum remanent 14: Ergo differentia non est duorum annorum, sed unius anni. At in rei veritate nulla est. Et probatur juxta ipsum R. Patrem.

767
752
15
767
753
14.

Annus 38 Aerae est 42 Imperii Augusti, juxta Orosium, quo natus fuit Christus: Atqui annus 38 Aerae, est Radix Computi Vulgaris: Ergo anni qui conumerantur ab Orosio, ab excluso 42 Augusti, 38 Aerae, quo natus fuit Christus, sunt anni computi Vulgaris.

Prob. II Annus 38 Aerae, 42 Imperii Augusti, juxta Orosium, est idem 752 Urb. Cond. quo natus est Christus: Atqui annus sequens 39 Aerae, ab ipso R. Patre, est annus primus computi vulgaris: Ergo annus etiam sequens 753 Urb. Cond. est primus computi vulgaris. Atqui etiam cum hoc verum sit, nulla differentia est inter computum Vulgarem, et Orosianum: et patet, quia ab incluso 753 Urb. Cond. ad 767 conumerantur anni quindecim, quos etiam conumerat Orosius. Ergo.

Videmus, et non credimus quod Clar. Pater, tangens, et noscens veritatem hanc, impugnet eam. Nam si juxta omnes Chronologos, nullo dempto, annus 38 Aerae est ille quo natus fuit Christus juxta Vulgarem

Comp.

computum, et 39 est primus ejus, ex sola hac consideratione, in sequenti anno, ad 38, quo Orosius posuit Natalem Domini, primus computi Vulgaris supputabitur: qui ille sequens, etiam non nominetur, per necesse est 39 Aerae, primus qui computi Vulgaris

Exordium Aerae Vulgaris nec juxta Dionisium, nec Ecclesiam fuit, nec est annus 754 Urb. Cond. 46 Julianus, per tot evidentes mathematicas demonstrationes, ostensum. Ecclesia ad radicem computi, aptavit opinionem plus communem Antiquorum Patrum, scilicet quod Christus natus fuit anno 42 Imperii Augusti, qui est 38 Aerae, et 752 Ab Urb. Cond. hujus opinionis fuit Orosius, per eam scripsit suum Chronicum, nullam aliam connumerationem annorum havuit, quam illam adoptatam ab Ecclesia et exaratam in sua calenda, et Martyrologio.

Per eam primus annus computi fuit 753 Urb. Cond. Postea Dionisius stabilivit Epoham Incarnationis Dominicae, enumeravit que pri

mum sui computi Incarnationis annum in 753 U.C. Cond. 45 Julianno, non fuit variata supositio computi, licet variarentur nomina quo de Nativitate, in Incarnationem omnia quae ad computum remanserunt similia. Sic anno quo evita migravit Augustus 767 U. Cond. supputantur quindecim Christi anni, tam Incarnationis, quam Nativitatis, si á 767 detrahis 752, U.C. qui praecesserunt tam Incarnationis quam Nativitatis In anno quo vita functus fuit Tyberius 790, detractis ipsos 752 praecedentes remanent 38 Christi, tam

	790
	752
	38

computi Incarnationis, quam Nativitatis juxta Ecclesiam, et Dionisium, non 37 ut R. Pater ait, quia hoc supponitur magno cum errore principii, seu exordii Aerae communis, in 754 U.Cond. ut demonstratum manet, per totum opusculum, et signanter in secunda Assertione, circa errorem Cathalogi adversariorum. Cum tamen eosdem annos connumerentur ab Orosio á Christo Nato, in 752 U.C. 42 Augusti, 38 Aerae, licet tantum mentionem faciat annorum Urbis Conditae

evincitur quod nulla differentia existit inter enumerationem annorum Christi Orosii et Aerae Vulgaris, tam Incarnationis Dionisianae quam communis.

Si ut ait R. P. Orosius ab anno 752 U. C. quo posuit Nativitatem Dominicam in sequentibus Epochis, eosdem connumerat annos, communiter, Urb. Cond., quam R. P.; Chronicus Orosii non eget correctione, nec ut regulatur. sed ut ignorato vero exordio Aerae communis, seu Incarnationis vciatur, intelligatur quae ab eo, eosdem annos supputari, ac Aera comunis conumerat.

Denique dico: quod licet Orosius scripsisset, ante quam Dionisius, suum Magnum Paschalem Circulum inchoaret, hic accidit ad sententiam Orosii, et Antiquorum Patrum, plus communem quoad computum absque differentia, cum illi omnes primum á Christo Nato annum conumerassent in 753 U. Cond., et Dionisius idem, sub appellatione annorum Incarnationis; et haec est ratio, qua omnes habent unam eademque enumerationem annorum Christi. Et qui reducere intendat Chronologiam Orosianam ad annos

Computi Vulgaris Dionisianos, jam hoc factum habet, cum inteligat annos Christi Orosii, esse identicos Vulgaris computi; qui autem reducere intendat eos, ad annos appellatae A. V. D. in 754 V. C. exortae, sciat incidet in scylam, cupiens vitare Caribdim.

Idem R. P. Florez in suo 4 tom. Hispan. sacr. Apend. finali, de computo Orosiano loquente, sub Aira Urb. Cond. fatetur quod dictum relinquimus á n. 5. ibi: „En reducir esta Epoca á los años enque „antecedio á la Era Vulgar Christiana, hay la di„ferencia que prevenimos sobre los Fastos Idacianos, „pag. 463. esto es, que unos señalan por primero „de Roma al 752 antes de Christo, otros al 753. „unos y otros convienen en recurrir al Computo „de Varron: y solo está la diferencia en no contar „por año antes de Christo á aquel enque se supo„ne haber nacido: pero hecha esta prevencion, cono„ceras que en realidad, convienen en un mismo „año de Olympiadas: como se convence por mis Ta„blas.

Non, si bene inspicitur, comprehenditur explicatio R. Patris: dum ait quod Autores in reductione anniorum Christi. ad Airam Vulgarem, uni

signant primum Aerae Urbis Conditae, ante Chris-
-tum, annum 752 yus: alii 753. et quod differentia
stat in eo, scilicet quod non supputetur annus
ante Christum ille, inque supponitur natus. Si hoc
verum teneret, cum juxta sententiam communio-
rem Antiquorum Patrum (de qua fuit Orosius)
et Ecclesiae, in sua Calenda, et Martyrologio,
natus fuisset in anno 752 Urb. Cond. et hic an-
nus non supputaretur, primus hujus Aerae
ante Christum, non esset, nec signaretur ab
Autoribus, 752, sed 751. atqui non signant hunc,
sed illum, Ergo quia non stat in eo differentia.

Qui bene connumerant annos Aerae Urb.
Conditae, qui praecesserunt Aeram Vulgarem Dio
nisianam [redacted] seu communem, 752, enumerant
annum Nativitatis Dominicae 752, et sic pri-
mus Aerae Urbis Conditae, est 752 ante Chris
tum natum, juxta Aeram communem, per
hanc regulam fieri debet reductio annorum Christi
á quolibet Autore connumerat. quia non est alia
Aera communis, seu Dionisiana, quam illa quae
exorditur ab anno 753 Urb. Cond. Consulatu Len

tuli et Pisonis. Hic annus non est dignus praelationis in Calculo, quia aut debet esse primus computi, aut praecedens, hoc ultimum non est juxta Doctrinam Dionisii Autoris Aerae; ergo primus: nam inter esse, et non esse, non datur medium.